ſint reales. ⁊ patet ꝙ deberent dicere ꝙ poſſunt eſſe res: ſʒ non ſint res. ꝙ etiam dicunt. x. predicamenta eſſe entia realia. eis non admitto q: predicamenta pertinent ad ens rationis: nō āt ad ens reale. dixit. n. Auerrois. 6. methaphyſice cōmento. 8. Iſta. ſ. predicamēta exiſtimant ſic ꝙ niſi anima eſſet: nō eſſent. ideo predicamēta potius ſunt ſigna reꝝ q̄ʒ res. ⁊ ſic nō dantur predicamenta naturalia: neqʒ methaphyſicalia ſed p̄dicamenta ſolū ad logicū ſpectāt: vt alias dixi. Ad id qḋ volūt Ariſtotelem in. 5. methaphyſice de predicamentis eſſe loquutum. Dixit Auerrois cō. vltimo illius. hic non intendit niſi exponere tantum noīa. idem dixerat in eodem. 5°. cōmento. 19. ponant igitur tot predicamenta quot dictionū ſignificationes exprimuntur ibi. aut nullā dictionem p̄ p̄dicamento accipiāt. par. n. modus eſt Ariſtotelis ꝓcedendi ⁊ Auerrois in oībus illis. Ponunt etiaʒ ſcotiſte diſtinctionem inter hoīem methaphyſicū ⁊ hominem nālem. volentes methaphyſicum hominem ex aīalitate ⁊ rōnalitate eſſe conſtitutuʒ. nālem vero hoīeʒ ex intellectiua aīa ⁊ eius corpore eſſe cōpoſituʒ. Sed dōm ꝙ differentia methaphyſici a nāli philoſopho in hoc. non eſt ex parte ſubiecti utrobiqʒ cōſiderati. ſed ex parte rōnis ꝯſiderātis. qꝛ hoīem ꝯſiderat methaphyſicus inquātum ens: aut ſubſtātia: aut cōpoſitū ex actu et potentia. nālis vero inquātū eſt corpus mobile: aīatuʒ: aīal: homo. ⁊ q: ſcotiſte realiter diſtingūt totū eſſentiale a partibus ſimul ſumptis: ſeqtur apud eos hoīem nālem et methaphyſicum eſſe tota: quoꝝ partes realiter differūt: qꝛ aīalitas ab aīa ⁊ corpore differt apud eos ſicut totū eſſentiale a partibus; ⁊ tamen tota nō differūt. ſʒ quemadmodū totū quātitatiuum duobus modis diuiſibile primo p medietates. ſcd̄o p tertias. tunc partes realiter differunt: ad hunc ſenſum ꝙ vna pars nō eſt altera. nō tñ tota realiter differūt. ita partes hominis methaphyſice ꝯſiderati; ⁊ partes hominis naturaliter ꝯſiderati; differūt ſicut totum et pars et conſequenter nō valet ꝯña iſtoꝝ totorū ptes realiter differūt; ergo tota ex illis partibus cōſtituta realiter dn̄t. Inter cetera aūt entia maxime diſtans ab eſſe intentionali eſt materia: qꝛ eſt pura potentia: nullo modo potens formare animam. ꝙ ſi Auerrois. 12. methaphyſice cōmento. 14. dicit illam habere eſſe in anima: intellige per intentionem ad placitum materiam ſignificantem. ⁊ ipſam eſſe extra animam ſm̄ eſſe eius reale. diſtinguit etiā Auerrois ibi formā artificis in aīa ab ea que eſt extra animam ordinatur. n. forma anime ad opus aliquādo vt 12. methaphyſice cōmēto. 23. dixerat Auerrois.

Caput. 7. de eodem ſubiecto.

d E diſtictionibus: quibus Atiſtoteles ⁊ Auerrois uſi ſunt: determinādo incipiā ab idētitate ſm ſubiectum ⁊ diſtinctione. ⁊ declaratione quaſi inductiua ꝓcedam tāgendo eoꝝ loca. quāuis de diuerſis rebus loquātur. prius tñ terminoꝝ ſignificationes aperiam ſubiectum ꝓprie capitur pro ſtāte ſub altero: ſiue ſtās ſub ſit mā: forma: vel cōpoſitum. ſiue alterū cui ſubſtatur: ſit forma ſubſtātialis: ſiue accidentalis: ſiue abſoluta: ſiue reſpectiua: ſiue modus eſſendi. ⁊ vt modo loquendi vtar Auerrois. 12. methaphyſice cōmento. 39. dn̄t ſicut defferens a delato. Cum igitur vnum intelligitur ſtans ſub ſe met. vt ens inquantum ens ibi intelligitur identitas vtriuſqʒ. Si aūt intelligitur vnū ſtare ſub alio: tūc vnū eſt ſubiecto: ⁊ vnū in forma. Si aūt vnum intelligitur ſtare ſub duobus: tunc concipitur vnitas ſubiecti: ⁊ pluralitas formarum aut diſpoſitionum. Sed cū duo ſubiecta cōcipiuntur: ⁊ quodlibet illorum ſub ſua forma; tunc eſt pluralitas ſubiecti ⁊ forme. ⁊ cum cōcipitur vna forma in pluribus ſubiectis: tunc eſt ibi vnitas ſm formā: et pluralitas ſm materiam. ⁊ iſto modo concipit Auerrois intellectum humanum. Ex his pʒ Auerrois primo phyſicorum commento. 60. loquens de eo quod generatur in actu. i. de eo qḋ eſt in generari. dixit. n. ipſum eſſe vnum ſubiecto. ſed apparent in eo duo. ſ. terminus a quo generationis: et terminus ad quē. ſm diuerſas tamen partes ſubiecti quātitatiuas: ⁊ in eodeʒ cōmento exponit Auerrois idem numero. i. idē ſubiecto. exemplo Auerrois primo phiſicorum cōmento. 62. declarare potes. Non ceſſant partes ſpermatis ⁊c. Ubi aūt ſubiectuʒ ad formas accidentales cōparatur: exemplum habetur ex Auerroe. 2. de aīa cōmento. 147. Pomum eſt indiuiſibile ſubiecto. i. ſubiecto vnum: ⁊ diuiſibile ſm eſſentiam diuerſam in eo: ſm ꝙ habet colorem; odorem: et ſaporem eſſentia intellige

cam qua aliquid eſt:ſiue foꝛma ſubſtãtialis fue
rit ſiue accidẽtalis. Auerrois etiã pꝛimo phyſi
coꝝ cõmento.21. Albũ ⁊ muſicum ſunt idẽ ſub
iecto:puta hõ:⁊ diuerſa ẜm eſſe.i.diffõne.⁊ ſub
iũxit Auerrois.vnũ ẜꝫ ſubꝫ:plura ẜo p accñs.⁊
cõmento.85.6°.phyſicoꝝ.hõ.n.⁊ muſicus ſunt
idẽ ẜm ſubiectũ.⁊ ſubiungit nãm idẽtitatis ẜꝫ
ſubiectũ dicens.⁊ qḋ eſt idẽ ẜm ſubiectum: eſt
idẽ per accidẽs ⁊ ſubiungit:que ſunt illa:q̃ ſunt
idẽ p ſe.dicens. Idẽ.n.in rei ueritate eſt idẽ ẜꝫ
foꝛmã:qꝛ idẽtitas ẜm mãm eſt quaſi accidenta
lis foꝛmis:aut quaſi extrinſeca:ſed idẽtitas ẜꝫ
foꝛmã.aut ẜm rõnẽ eſt.que eſt vera identitas.
Auerrois etiã.4°.celi cõ.33.ponit exẽpluꝫ ubi
ſubiectũ eſt idẽ:⁊ cõparatio diuerſa dicens cẽ
trum terre ⁊ totius.ſ.mũdi eſt idem ſubiecto:
⁊ differt diffõne.qꝛ pũctũ mediũ terre dicit̃ cen
trũ terre:qꝛ ab eo ad ſuperficiem terre linee ſũt
equales:vel ſaltẽ aliquo modo ad equalitateꝫ
tendẽtes:nõ curo nũc.ſed idẽ punctum eſt mun
di cẽtrũ:qꝛ ab eo ad ſupficiem mũdi exterioꝛẽ
linee ducte ſunt equales.⁊ hoc modo etiã ideꝫ
pũctum eſt mediũ et centrum.4°.celi cõmento
34.ſed in rõne medii reſpicit extrema:ſiue ſpe
rica:ſiue nõ.ſed in rõne centri reſpicit circulum
aut ſpericã figurã. Declaratio aũt exemplaris
vbi modi plurificantur circa rem: colligitur ex
Auerroe.4°.celi cõ.22.in elementis motoꝛ et
motũ ſunt ideꝫ ſubiecto: ⁊ differunt ẜm modũ.
Grauitas.n.in lapide eſt motoꝛ ẜꝫ ꝙ eſt foꝛma
tãtum:⁊ ipſa eſt mota inquãtum ipſa eſt in pꝛi
ma materia.3°.celi cõmento.28.ad ideꝫ Auer
rois.2.celi cõmento.17.dicens modus ex quo
fit.ſ.motus in eis.ſ.inferioꝛibus eſt aliud a mo
do:ex quo ſit.ſ.motus.quãuis duo modi ſunt
vnũ ſubiecto. Intẽdit.n.ꝙ idem eſt motuꝫ celi
fieri a motoꝛe:⁊ ipſum fieri pp hec inferioꝛa.⁊
qꝛ motus cõparatus motoꝛi cõparatur efficien
ti.aut fini pꝛimario:cõparatus aũt inferioꝛibus
cõparatur fini ſecundario:ideo diuerſitas eſt in
modis. Auerrois etiã pꝛimo de generatione cõ
mento.41. Cibũ cõparat virtuti nutritiue ⁊ au
gumẽtatiue ⁊ vult ꝙ cibus eſt idẽ ſubiecto au
gumẽtatiuo:⁊ differt ĩ modo.qꝛ ſub ratiõe qua
ſubſtãtia eſt:cibus eſt.intellige ſub ratione qua
ſubſtantia apta pati a caloꝛe naturali coꝛpoꝛis
animati:⁊ trãſubſtantiari ad aĩam.ſub ratione
autẽ qua ſubſtantiam quantã facit: augumenta
tiuum eſt. Intellige quantũ eſt de ſe. nõ enim
augeret cibus ille ſenẽ:aut cõſiſtentẽ. Et Auer
rois.2°.de aĩa cõmento.48. Iſte actiones ſcꝫ
nutritio augumentatio ⁊ generatio:ſunt diuer
ſe ſecundũ diuerſitatẽ ſuoꝝ finium.licet ſubie
ctum ſit idẽ.ſ.nutrimentum.intellige ſubiectũ:
patiens ipſuꝫ.loquens etiã Auerrois de pꝛimo
efficiente pꝛima foꝛma ⁊ pꝛimo fine.12.metha
phyſice cõmento.6.dixit ꝙ ſunt vnuꝫ ſubiecto.
qꝛ ille tres cauſe ſunt deus glorioſus. ideo ſub
iungit Auerrois:nõ ſunt tria numero: ſed ſunt
vnũ in ſubiecto ⁊ tria ratione.et ſic tãtũ exten
dit̃ nomen ſubiecti:ꝙ ipſum non repugnat deo:
quia deus eſt aliquid:circa quod ſpeculatur in
tellectus rationes diuerſas.dixit etiam Auer
rois pꝛimo de aĩa cõmẽto.7°.virtutẽ intelligi
bilem concupiſcibilem ⁊ nutritiuã eſſe eaſdem
ſubiecto:⁊ plures ẜm virtutem.ꝙ ſi de virtu
te ſingulariter intelligibili itelligat.que eſt vir
tus cogitatiua.ſunt ille tres virtutes vna ani
ma:ſed virtus differt ex operibus diuerſis de
clarãda.ꝙ ſi de intellectu vniuerſaliter iudicã
te intelligit:tunc ille virtutes:licet ſint due ani
me:ſunt tamen in eodem ſubiecto. qꝛ eandem
materiam foꝛmant.⁊ dixerat Auerrois pꝛimo
de anima cõmento.92.⁊.93.anima eſt vna ſub
iecto:⁊ plures ſecundum virtutem.intellige in
eodẽ ſuppoſito.ſecundo etiã de anima cõmento
19.dixit Auerrois. Iſte virtutes.ſ.que ſũt ps
anime in quibuſdã animalibus ſunt eadẽ ſubie
cto:⁊ alia diffinitione.dixit.n. Auerrois animã
facere opera diuerſa per virtutes diuerſas ⁊
membꝛa vnica ſcilicet pꝛincipalia:et mẽbꝛa di
uerſa ſcilicet particularia.vt oculo viſio ⁊c.pꝛi
mo de anima cõmento.89. Contra Auerrois ſe
cundo de anima commento.152.dicit ꝙ intelle
ctus ⁊ ſenſus ſunt ſubiecto diuerſe virtutes. er
go neceſſe eſt vt ſint diuerſe in eſſe.que enim
differunt in ſubiecto:differunt in eſſe. Reſpon
deo differre ſubiecto eſt dupliciter: adequato:
non adequato.tũc intellectus ⁊ ſenſus differũt
ſubiecto adequato.qꝛ oĩs moꝛtalis aĩalis coꝛ
pus eſt foꝛmabile ſenſu:ſed nõ oĩs moꝛtalis aĩa
lis coꝛpus eſt foꝛmabile intellectu humano.ſed
idem eſt ſubiectũ non adequatum amboꝛuꝫ.qꝛ
oĩs hoĩs coꝛpus eſt foꝛmabile ſenſu ⁊ itellectu.
Et tunc patet ſolutio queſtionis mote.3°.de
aĩa textu ⁊ cõmento pꝛimo. Sed nõ ſolute ab

Ariſtotele neq3 ab Auerroe ibi.q2 patebat ſo/
lutio ex fine ſcdi de aia.ſ.an itellectus z ſenſus
differãt ſubiecto ſicut differũt intẽtione.i.rõne.
poſſunt tñ ſenſus z intellectus dici differre ſub
iecto in doctrina Auerrois q2 ſunt due forme:
quãuis eãdẽ mãm informẽt.loquẽs ẽt Auerro
is.2.de aia cõmẽto.147.148.149.de ſenſu cõ/
muni dixit iudicãs cõtraria diuerſa ẽm eſſenti
am eſt diuiſibile.ſed ẽm ſubiectũ z mãm eſt in
diuiſibile.q2 diuerſis formis formaẽ eadẽ vir/
tus:vult tñ Ariſtoteles meliorẽ eſſe ſentẽtia3
dicẽtẽ ſenſũ cõem vnũ formalr.q2 vnius ẽ ope/
ris.ſ.iuditii.z multa mãliter ex multitudine
formarũ iudicatarũ.q2 iudicatũ ẽ mã circa quã
uerſaẽ iuditium Auerrois ẽt.3°.de aia cõ.29.
loquẽs de vnitate ẽtutis appetitiue cũ intelle/
ctu aut ſenſu.dixit q ibi eſt vnitas ſubiecti. ſ3
eſt diuerſitas in ope.q2 eiuſdẽ virtutis eſt fugã
z pſequtionẽ facere z ſentire:ſed opa ſunt di/
uerſa.z ſic idẽtitas ſubiecti ẽ ibi.q2 vna eſt ſub
ſtãtia aie.Tum q2 ide3 eſt ſuſceptibile aie:que
eſt virtus.operũ aũt diſtinctio patet.de forma
ẽt loqtur.3°.phyſicoz Ariſtoteles neq3 color
idẽ z viſibile.Et Auerrois ibi cõmẽto.x.de co
lore z viſibili q nõ eſt idẽ.z ſi ſubiectũ eſt idẽ.
Et.3°.phyſicorum cõmento.18.actio agentis z
patientis eſt vna in ſubiecto:z duo in diffinitio
ne.Similiter de motore z moto.z vniuerſali/
ter in oibus relatiuis oppoſitis.queãdmodũ.n.
idẽ ſpatiũ a ſurſum in deorſu3 zc.q2 illa forma:
quã educit agens de mã:eſt actio vt ab agente
eſt.vt vero eſt in paſſo.ipſa eſt paſſio. Infert ẽt
Ariſtoteles.4°.phyſicoz contra aliquos textu
cõmenti.50.locus eſt vacuum.z eſſe illis nõ eſt
idem.Auerrois vero cõtingit iſtis q vacuum
z plenũ erunt eadem ſubiecto:z diuerſa diffini
tione.q2 apud eos locus cõprehẽdens locatũ eſt
plenũ:et locus nõ cõprehẽdens locatũ eſt vacu/
um.Et.5°.phyſicorũ cõmento.30.loquẽs Auer
rois de eſſe ſimul z tangere.dixit q ſunt idem
ſecundũ ſubiectũ.ſunt tñ duo ẽm diffinitionem
cũ diffinitio tãgentiũ ſit habere extrema ſimul
z diffinitio coz:que ſũt ſimul:eſt hẽre extrema
in eodẽ loco:z ipſi ſimul opponitur eſſe ſolu3:z
tangere nõ opponitur ipſi eſſe ſolu3:ſed ipſi eſſe
ſeparato.q ſi dicas:ſimul intrat diffinitionem
tangere:ergo intrante loco diffinitionẽ ſimul:
ipſum intrat diffinitionem tangere. Rñ° verũ

eſt implicite:ſed Auerrois dixit.apparet.quod
notat eſſe explicitum.Et.5°.phyſicorũ Ariſto/
teles motus a ſanitate in egritudinẽ idẽ z vnus
eſt.eſſe aũt nõ idẽ ipſis. Auerrois aũt ibi cõmẽ
to.47.uidetur permiſcere loqutionẽ de motu
z moto.ſegregentur igitur. motus a ſanitate
z motus ad egritudinẽ eſt idem ẽm ſubiectu3:
ſed rõne differũt.q2 idem motus cõparatur ad
terminũ a quo z ad terminũ ad quem.Et motũ
etiã formaliter acceptũ de vno in alteꝝ eſt ide3
Et ſubiungit Auerrois pprietatem eorum:q̃
ſunt idem ſubiecto:z diuerſa ẽm diffinitione3
q non ꝯtrariantur.p3 q2 tũc ſi eſſent contraria:
cum ſint idem ſubiecto;contraria eſſent ſimul.
Et.6°.phyſicorũ Auerrois cõmento.70.videẽ
q ceſſans ſit idẽ cũ moto oino:ſed nõ eſt veru3
ſed ceſſans z motum ſunt idem ẽm ſubiectum:
z duo ẽm modũ:ceſſans intelligitur declinans
a motu:ſeu tẽdens ad quietẽ.dixit.n.Auerrois
5°.phyſicorum cõ.61. Intelligo p ceſſationem
ire ad ceſſandum.Et Ariſtoteles loco de ly ceſ
ſans habet ſtans. Et.8°.phyſicoz cõ.35.duas
ppõnes dixit eaſdem ẽm ſubiectum:ſed diuer
ſas ẽm modũ.ſ.ois motor aut mouet ſine iſtru
mento:aut cum inſtrumento.et ois motor:aut
eſt primus:aut eſt medius inter primum mo/
torẽ et motum vltimum. Capitur inſtrumen/
tũ large pro omni moto ab alio.mouente tamẽ
motum vltimum.iuxta expõnẽ Auerrois ibi.
De multitudine aũt ſubiecti loquitur Auer/
rois.3°.de aia cõmento.5°.ad ſinẽ cõmenti di/
cẽs.Quũ igiẽ poſuerimus rẽ itelligibilẽ.i.ſpẽ3
itelligibilẽ:quã appellat Auerrois itellectũ ſpe
culatiuũ z itellectionẽ:q̃ eſt apud me z apud te
multa i ſubo:ẽm q ẽ ẽa.ſ.formã ymaginatiõis
q2 fantaſmata ſunt q̃ſi mã itellectus ſpeculati/
ui.q2 circa illa uerſaẽ itellectus: z ſunt multa.
dixit.n.itellect9 ſpeculatiuus ẽ multa ſubiecto
ẽm q ẽ verus.ſ.ẽm formã ymaginatiõis:reſpcũ
cuius itẽtio itellectus eſt ẽa itẽtio.q2 illi rñdet
aliqd'ex itellectũ cui ꝯformaẽ itellect9. ſeqtur
Auerrois vnã i ſubo.ſ.itellectu poſſibili ſ3 q
ſbm ẽ vna.ſ.itẽtio.p qd.ſ.ſubm ẽ itellectus ens
ſc3 ſpeculatiu9:z ẽ.ſ.ſub3 illo itellectus mãlis
diſſoluẽtur iſte qõnes pfecte.ſ.an itellectus ſit
vn9.ſolutio.n.ẽ.itellectus ſpeculatiuus ẽ vn9 p
itellectũ poſſibilẽ i quo recipiẽ.z ẽ multa p fan
taſmata:quoru3 eſt naturalis ſimilitudo.et ſic

intellectui ſpeculatiuo duo reſpondent ſubie/cta.ſolutio eni dicere intellectus agens eſt vnũ ⁊ intellecta ſpeculatiua multiplicãtur ē ſophiſtica.q2 non verificat vnũ ⁊ multa de codē:ſed de diuerſis.Et Ariſtoteles.2°.de anima textu cõmēti.141.Dixit vnus eſt actus ſenſitiui ⁊ ſenſibilis:eſſe aũt eſt alterũ.Et Auerrois habitus eſt vnus in eſſentia ⁊ forma:⁊ differunt ſubiecto.q2 aliud ſubiectũ habet forma ſenſibilis in ſuo eſſe naturali.ſ.materiã:⁊ aliud in ſuo eſſe intentionali.ſ.ſenſu3.Eãdē ſententiã habent Ariſtoteles ⁊ Auerrois.2.de anima textu ⁊ cõmēto.138.139.140.Itē Auerrois.4.celi cõmēto 25.manifeſtũ eſt ꝙ potētia in iſtis.ſ.ſimplicib9 ad formã ⁊ vbi eſt in codē ſubiecto.ſ.in corpore a quo vel ex quo eſt generatio. Sed dubitaſ. quia a principio capitis conceditur ꝙ entiũ:quedã cõueniunt in ſe ⁊ in ſubiecto;quedã vero diuerſatur ſm ſubiectum tantũ:⁊ conueniunt in ſe.quedã vero differunt in vtroq3.ſ.in forma ⁊ ſubiecto.ſ.corpus celeſte ⁊ corpus inferius. Et Auerrois etiã.7°.phyſicoꝝ cõmento.31.conceſſit diuerſa in ſubiecto et formã. Sed huius oppoſitũ dicit Auerrois.7.phyſicoꝝ cõmento.28. dixit enĩ tale nõ eſt.ſ.diuerſũ i ſubiecto rõnis ⁊ rõne.Rñ° diuerſitas ſubiecti ⁊ rationis dupliciter intelligitur aut ꝙ ſic differant diuerſa ꝙ nõ cõueniant in aliquo.⁊ ſic nulla ſunt talia. q2 corpus celi ⁊ ſublunare cõueniunt in predicatis traſcendētibus ⁊ analogis q2 quolibet illoꝝ eſt ens:ſubſtãtia:corpus.⁊ in hoc ſenſu ſe declarat Auerrois ibi aut ꝙ differētia in rõne ſubiecti et in ſe:ſit ſpẽalis.ſic ꝙ licet in aliquo conueniãt puta in genere analogo:differũt tñ genere vniuoco.⁊ ſic intelligit argumētũ dubii.vel ꝙ differant ſpecie:⁊ cõueniant genere:quãuis vniuoco.⁊ ſic cõceditur ab Auerroe.7°.phyſicorũ cõ. 31.dari multa talia.vt plante cũ aĩalibus.quartũ mēbrũ diſtinctionis ſatis eſt ſupra declaratũ ſc3 aliqua eſſe idē ſubiecto:⁊ differre in forma. De inſtãti exēplũ habes ĩfra in hoc libro capite.12.ꝙ ĩdiuiſibile ē ſubiecto ⁊ diuiſibile rõne. Similiter de priori ⁊ poſteriori.⁊ de mã non reſpectu forme:ſed priuationis ponitur exemplum capite.12.etiam infra.

¶ Caput octauũ de eode3 ſm formã

i Dem ſm formã intelligitur.ſiue forma ſit in re vna.⁊ tunc intelligētia cõparata multis partibus eiuſdem orbis eſt vere vna.Intellectus aũt poſſibilis comparatus diuerſis hoĩbus eſt diuerſus ſm eſſe. Siue igiť forma ſubſtãtialis ſit:ſiue accñtalis: ſiue eadē in gradu:ſiue non.vt.x.methaphyſice cõ.xi. tãgiť:ſiue rõ formalis ſit vna.Dixit.n.Auerrois.8°.methaphyſice cõ.x.vnũ qđ ſignificat diffinitio vna eſt vnu3 p ſubſtãtiã:q̃ eſt forma.ſ.p vltimã formã.⁊ vltimã dĩam.vbi nota duplicē vnitatē ptactã.ſ.vnã in eſſe reali.⁊ eſt p vltimã formã rei.Alia eſt vnitas in eē intētionali ⁊ illa eſt p vltimã dĩam.Auerrois aũt p2io celi cõ.19.loquēs de hõgeneis dixit pe ⁊ totũ ſũt idē diffõne:⁊ quēadmodũ ſunt idē diffõne:ſunt idē ĩ forma.⁊ quecũq3 ſunt idē ĩ forma:ſunt idē actiõe ꝓueniēte a forma illa.ex hoc collige duos modos arguēdi idē ĩ forma.vnũ a priori ſũt idē diffõne:ergo idē ĩ forma.Aliud a poſteriori ſc3 ſunt idē in ope ꝓueniēte a forma. ergo ſunt idē ĩ forma.Sed hec ſcđa ꝯña ut valeat:ſupponit opationē conuerti cũ forma.ſic ꝙ ſit opatio adequata forme.q2 ſol ⁊ ignis calefacere poſſũt ideo nõ v3 ꝯña.hoc calefacit:ergo ignis eſt vel igneũ.Iſta rõne vtiť Ariſtoteles.2.de aĩa tex. cõ.147.ad ꝓbãdũ ſenſum cõem eſſe formaliter vnũ q2 vna eſt eius operatio.ſ.inditium.q2 vna opatio vnã reqrit virtutem: qua ſit.⁊ dixit ibi Auerrois iſta virtus.ſ.ſenſus cõis inquantum eſt diuiſibilis ideſt multa: comprehendit res numeratas diuiſibiles.ſ.multas formas et inquãtũ eſt eadē:iudicat ea vnico iuditio.Eandē ſententiã habet Auerrois.3.de aĩa cõ.31.declarans quõ iudicans diuerſa ē vnũ dicens in ymaginibus diuerſis eſt vna intētio:que facit vt iudicãs eas ſit vnũ ĩtellige opationē:q̃ iuditiũ eſt eē formã:q̃ iudicãs arguitur eſſe vnũ. Sed negatiue v3:non ſunt idē in opere:ergo neq3 ĩ forma.ꝙ ſi arguas cõtra Auerroim.mã ⁊ pe mãe ſunt idem diffõne:⁊ non forma:neq3 ope.Rñ° opatio mãe ē pati ⁊ nõ agere:iõ mã ⁊ ps eius eiuſdē ſunt opis.licet nõ actiue:ſunt tñ eiuſdē opis:q2 vtrũq3 patiť:⁊ licet non ſint mã ⁊ pars eius idē in forma formãte mãm. ſunt tñ idem in forma declarãte qđ eſt res.ſ.diffõne.ꝙ ſi vis añs prime ꝯñe differre a conſequente plus q̃ ratione:ꝯcedo ꝙ eadē forma:q̃ formatur tota materia:formatur et pars materie.⁊ eadē opatio:q̃ cauſať a forma toti9 mãe:cãtur a fõra par

tis materie: niſi forte forma eſſet eterogenea
conſequentiã oppoſitam ponit Auerrois nono
methaphyſice cõ.7°. Entia non habent actionẽ
propriã naturaliter. ergo nõ habent eſſentiã p-
priã. qꝛ actiones nõ diuerſantur niſi per eſſenti-
as diuerſas. vtrũqꝫ etiã medium arguendi. ſ. a
priori ꝛ a poſteriori tãgit Auerrois. 8°. metha
phyſice cõ. 10. Illud qꝺ eſt demõſtratũ: eſt vnũ
per actionẽ vnã exiſtẽtez in eo: ꝛ vnã naturam:
qꝛ eſt vnũ ſecundũ formam. Dixit etiã Auerro
is. 5. phyſicorũ cõmento. 38. quum actio. ſ. mo-
tus fuerit eadem: ſequit̃ vt forme ſubiecte illi-
us actionis ſint eedem. ꝛ ſimiliter forma agẽs
illã. ꝛ quum forma fuerit eadem: nõ ſequitur vt
motus ſit idem. Primo aũt phyſicoꝝ Ariſto-
teles textu cõ. 60. Et hoc. ſ. de quo dicitur gene
rari. ſ. ſubiectũ ꝛ oppoſitum: ſi numero eſt vnũ:
ſpecie non vnuz eſt. ſpecie enim dico et ratione
idẽ. Idẽ dixit philoſophus primo phyſicorum
textu cõ. 66. Eſt aũt ſubiectum numero quidez
vnum: ſpecie vero duo. ꝛ exponit ibi Auerrois
cõ. 60. vnũ numero. i. ſubiecto. vnũ rõne. i. diffi-
nitione. Et Ariſtoteles primo de generatione
textu cõ. 35. qualẽcunqꝫ igit̃ partẽ augmenta-
ri. et aduenientẽ aliquo: ſm quidẽ ſpeciẽ eſt con-
tingens. ſm materiam vero non eſt. Et dixit
Auerrois quod augumentatur debet eſſe fixũ
ꝛ materia eſt in cõtinuo fluxu: forma autez eſt
permanens. ꝛ illud qꝺ augumẽtatur: neceſſario
permanet. Contra nõ ne etiã pars forme fluit: ꝛ
ſi non pars intellectus: fluit tñ pars cogitatiue.
Reſpõdeo pars forme fluit ſm qꝫ eſt eſſe mate
rie fluentis: non ſm qꝫ ea ſeruatur mẽbri cõpoſi
tio. conſimilẽ enim cõpoſitionẽ habent manus
cibata ꝛ nõ cibata. lꝫ differat penes reſtauratuz
ꝛ nõ reſtauratuz. primo de generatione cõ. 38.
Auerrois. Et qꝛ predicata reſpectu ſubiectorũ
ſunt forme. pdicatũ aũt eſt duplex: vniuocum ꝛ
analogũ. Uniuocũ duplex. generale: ꝛ ſpãle. iõ
Auerrois. 12. methaphyſice cõ. 27. tãgit idẽtita
tẽ in forma generali ꝛ ſpãli. pp predicata vniuo
ca generalia ꝛ ſpãlia. ꝛ idẽtitatẽ in ſermone vni
uerſali. pp predicata analoga. Uniuoca igit̃ con
ueniunt in cõceptu naturali apud aĩam. analoga
vero in cõceptu ad placitũ ſignificatiuo. ideo di
xit Auerrois vnitatẽ analogoꝝ eſſe vnitatẽ in
ſermone vniuerſali. Et vult que ſoluz analogia
cõueniũt nõ ſunt eadẽ ſm naturã. qꝛ in nulla in-

tẽtione nãliter repreſentatiua cõueniũt. Et di
xit Auerrois. 5°. methaphyſice cõmento. 30.
forma ſm qꝫ eſt genus: differt a formis ſm qꝫ
forme ſunt. illas. n. eſſe genus aut differẽtiã eſt
accidens. qꝺ accidit eis. Ubi nota qꝫ forma eſt
genus: ꝛ qꝫ predicatum illius ppoſitionis acci
dit ſubiecto. Idẽtitatẽ ſm formam tangit etiã
Auerrois. 2. phyſicoꝝ cõmento. 70. dicẽs gene-
rans et generatum ſunt vnũ ſm formã. ꝛ tũc pa
tet qꝫ generans et generatũ differunt numero.
qꝛ ſi forme generabiliũ eſſent eadem forma nu
mero. ſ. generans ꝛ generata: non eſſet hic aliqꝺ
factũ omnino. ꝛ ſunt eiuſdẽ ſpẽi: cuz gñatio fue
rit vniuoca: ſed Auerrois ad nomen logicũ no-
lens deſcẽdere dixit generatũ generatiõe actua
li et generatione non ceſſabili. ceſſare poſſunt ad
tẽpus ex putri materia oritorum generationes
Hoc dixit Auerrois ſeptimo methaphyſice
com. 28. generans ꝛ genitum ſunt duo nume-
ro: ꝛ vnum intentione vniuerſali. qꝛ eiuſdẽ ſpe-
ciei ſpecialiſſime ſunt. Et in fine cõmenti gene-
rans ꝛ genitum ſunt duo in numero: ꝛ vnuz in
forma. in eſſe tñ intentionali accepta. ſ. ſm qꝫ
ſpẽs ẽ. Idẽ. 7°. metha. cõ. 31. ꝛ. 9°. metha. cõ. 13.
Et dixi in. 2°. de orbib' aĩal celeſte et intelligẽ
tia ſunt idem ſecundum formaz. intellige in nu
mero: cõparando cõpoſitum ad ſuaz formaz. ſic
intelligo etiã Ariſtotelez. 12. methaphyſice tex
tu cõmenti. 39. dicentẽ deus eſt animal ſempi-
ternũ optimũ. Dixit etiã Auerrois. 4. metha
phyſice cõmento. 3. Ens ꝛ vnũ ſignificãt eandẽ
intentionẽ in forma: licet diuerſentur ſꝫ modũ.
quia importãt diſpoſitiones diuerſas. Cõtra
debet dicere in materia. Reſpondeo ĩ itellectu
non cadit materia. ideo dixit forma: que tamẽ
vt materia eſt reſpectu modorum. Ariſtoteles
etiam primo celi textu cõmenti. 3. omne: totuz:
ꝛ perfectum: non differunt ſecundum ſpeciem:
ſed in materia. Et Auerrois iſta nomina ſigni-
ficant idem: ꝛ non diuerſantur ſecundum for-
mam. ſed ſecundum materiam. formale impor
tatum eſt integritas. materiale vero diuer-
ſum eſt: quia omne diſcretorum eſt: tranſumi
tur tamen aliquando ad continuũ. vt omnis aq̃
reni partim contra frangigenas fluctuat. Totum
cõtinuis applicatur: licet tranſumatur aliqñ ad
diſcreta. vt omnis populus bononienſis eſt in ar
mis. perfectum autem forme applicatur vt vtra

ti. Auerrois.4.celi cõmento.38.ꝯria:que ſunt in alijs predicamentis.ſ.a loco:ſunt duo in forma:⁊ non duo in ſubiecto:⁊ contraria:que ſunt in loco:ſunt duo in forma ⁊ duo in ſubiecto: iō mediū contrariorū ſm formas fuit in eis vnuꝫ ſubiecto:⁊ duo ſm formaꝫ:mediuꝫ autē quod eſt in loco:quod eſt impoſſibile vt ſit vnum in ſubiecto:fuit etiam impoſſibile vt eſſet vnum. Auerrois etiā.12.methaphyſice cõmento.36. balneū duplicē habet formaꝫ:in anima:⁊ extra aīaꝫ.in anima eſt agens:extra aīaꝫ eſt finis. Eſſe igitur idē in forma quattuor gradus habet. maximus vbi vtrorūqꝫ ratio eſt adequate eadē.vt in ſinonimis tunica ⁊ indumentum. aut cū vnū eſt alterius diffinitio vt homini aīal rationale. Secundus gradus eſt cuꝫ aliqua plura eadem numero forma participant.ut plures homines intellectu apud Auerroim. Dixit eniꝫ Auerrois in deſtructione deſtructionū diſputatio ne pria dubio octauo.anima Petri et Gulielmi ſunt idē in forma:⁊ differunt in ſubiecto. poſſet tamen intelligi ſunt idē in forma.i.diffinitiōe. Et apud ueritatē fidei a qua Auerrois non recedit in hoc plures partes eiuſdē hominis quantitatiue eadē forma indiuiduali ⁊ indiuiſibili ſunt. In formis autem extenſis pars quantitatiua a parte differt. Tertius gradus erit indiuiduorū eiuſdē ſpeciei.quia eorū eadeꝫ eſt diffinitio vt ſortes et plato. quāuis eorum intellectus non ſit numero vnus.⁊ pār eſt vnitas generis vniuoci ⁊ analogi. Quartus gradus eſt vbi forma ſit variata ſecundū eſſe vna: tamen ſecundū eſſentiaꝫ.vt obiectum ſenſibile ⁊ ſenſus ſunt idem in forma.tertio de anima cõmento quarto ⁊ quinto.ſimiliter obiectum intellectus et intellectus.anima enim quodā modo omnia eſt. Intelligibilia per intellectum: ⁊ ſenſibilia per ſenſum.3°.de anima Ariſtoteles textu cõmenti.37.et tunc patet Ariſtoteles decimo methaphyſice textu cõmenti.21. accidit autem quidē ſcientiā oēm ſcibile eē.qꝛ eadē eſt forma intellectus et obiecti licet differant ſm eſſe.⁊ ſtat ꝙ predicamento differant. ſcientia enī eſt in qualitate.ſcituꝫ vero in ſubſtantia decimo methaphyſice cõmento.22. Appetitū autem ⁊ appetibile dixit philoſophus eſſe ideꝫ in forma.3°.de aīa textu cõmenti.54. ſpecie igitur vnū erit mouēs appetibile aut appetitiuū.

Et.12.methaphyſice cõmento.51. forma artificialis que eſt in materia:⁊ que eſt in anima artificis:eſt eadē.quanto magis in rebus intelligentibus. Proportionaliter de diuerſitate ſꝫ formā dicendum eſt.homo et animal minime formaliter differunt:ſortes ⁊ plato medie:ſortes et lapis extreme. hic tamē tertius gradus latitudinē habet:differentiā genericā:analogicā ⁊c. Similiter alij gradus latitudinē quandaꝫ habent. De diuerſitate aūt ſm formā loquitur Auerrois ſexto phyſicorū cō.85. Circulus transfertur ſm totū de loco in locū diuerſū ſm formā.licet non ſit diuerſus locus ſm materiā:loquitur de corpore celeſti circulari. Ideꝫ dicit Auerrois pīo celi cõmento.31. Celū non mutat totaliter ſuū locū numero: quāuis mutet eū ſm formā.reuoluitur enī circulariter: ⁊ manet equaliter diſtans a centro ambiens aut ambitū ut prius. De diuerſitate ſm materiaꝫ:⁊ ſꝫ formaꝫ loquitur Auerrois.x.methaphyſice cõmento.25.homo albus.et equus niger differunt in materia ⁊ forma.diſtinctionē in mā intellige.nō qꝛ ſubiecta differāt.qꝛ iſta eſſet equiuocatio:ſed diſtinctionē accidentaleꝫ intellige ſcꝫ qꝛ hoc albū ⁊ hoc nigrū ⁊ tangit ibi differētiā ſubſtantialē materie:⁊ non forme.ſ maſculinitatē ⁊ femininitatē. Diſtinctionē aūt in forma: intellige eēntialem.qꝛ hoc eſt rationale:hoc vero inhibile.patet ex Ariſtotele ⁊ Auerroe ibi ī textu ⁊ cōmēto. Diuerſitatē ēt ſm materiaꝫ ⁊ formā tangit Auerrois pīo de aīa cō.53. membra leonis nō differunt a mēbris ceruini ſi propter diuerſitateꝫ anime cerui ab anima leonis. ⁊ ſi eſſet poſſibile vt anima leonis exiſteret in corpore cerui.tunc natura ocioſa ageret in faciendo corporum illorum diuerſitatem. Ultimo aduertendum ꝙ Auerrois decimo methaphyſice cõmento vltimo. Comparat diuerſitatem ſm genus ad diuerſitatem ſm formam: dicens diſtinctio ſm genus eſt maior.quia differentia genere in nullo conueniunt. vniuoce intellige ⁊ genere generaliſſimo. Sed differentia ſꝫ formam poſſunt conuenire.vt due ſpecies ſub genere. verum diſtingui poteſt differentia ſpecierum ſecundum genus ſcilicet generaliſſimum ⁊ ſubalternum. Tria alia exempla duo de ſenſu cõmuni ⁊ vnuꝫ de pomo allegata ſunt ſupra capite ſeptimo.

¶ Caput.9. De eodem ſm materiam.

Ec idētitas ſi mā in ſua propria ſigni
b ficatione accipitur.ſ.ex qua ſit aliqd
 rc.eſt pars identitatis ſm ſubiectū
ſed ſi mā ample capitur pro ſtante ſub.Jlle idē
titates numero idē ſunt.noīe differentes.eadē
ſm mām dicunt:que eādem habent mām.Hoc
aūt eſſe pōt ſucceſſiue.vt genitū z corruptū: ex
quo generabatur:z ſimul.z hoc dupliciter qz ī
eodem ſubiecto plures poſſunt eſſe forme etiā
ſubſtātiales:vt dixi de elemētis libro ſcdo.co
gitatiua.n.z intellectus ſunt idē materialiter.
Et intellectus eſt multa mālitcr . vel reſpectu
diuerſorum idiuiduoꝝ iuxta Auerroim:aut re
ſpectu diuerſarū partium eiuſdē iduidui iuxta
fidem z Auerroim.Accidētales aūt multe ī eo
dem ſubiecto ſunt.z ſic materialiter idem dicū
tur:ſortes:quātū:quale:z alia accidētiū genera
que ſm aliqd idiuiduoꝝ eoꝝ in ſorte exiſtūt.ter
tio modo qn aliqua ſunt idē rc.z ſi aliquo mo
do variata fuerint:rōne differre dici poterunt.
quemadmodum ſortes hic z ibi.coruſcus enī
hic z ibi alterū eſt.ex ariſtotele.4.phyſicorum
textu cōmenti.104.hec.n.diſtinctio: que ſm eē
eſt ſi intelligitur rōnis diſtinctio:modus loquē
di ſophiſtarū eſt:iuxta Ariſtotelē ibi in textu
qz diſtictio rōnis que ſubſtātialē dicit principa
liter:multū extenditur:ſi ſignificat oēm diffe
rentiam accidentalē.Si aūt intellexeris mate
riam aliquoꝝ eſſe eiuſdem rōnis:que eſt pars
eſſentialis eoꝝ.eliciēda erit inde idētitas gene
ris vniuoci eoꝝ.genus.n.ſummitur a mā.ſic qz
quoꝝcūqz mā eiuſdē rōnis eſt intriſecū princi
pium:illa ſunt eiuſdē generis vniuoci.vt dixi ī
de elementis libro ſecūdo.Similiter ſi aliqua
ſint:quoꝝ materia ſit principium intriſecū z nō
vnius rōnis ſit:neqz ꝓpinqua materia:neqz re
mo:a.illa nō ſunt eiuſdē generis vniuoci.ꝓpor
tionabiliter de diuerſitate ſm mām dant gra
dus.Contra materie nō eſt diſtinguere:ſed for
me.7°.methaphyſice textu cōmenti.43.Rñ°
negatur aīs ad auctoritatem negatur ꝯña.pria
enim diſtinctio ex forma eſt.ſcda vero ex mate
ria eſſe pōt.celeſtia.n.z ſublunaria ſunt alteri
us forme z materia rc. Auerrois.6°.phyſicoꝝ
cōmento.85.Differunt materia celeſte corpus
et ſublunare vt de orbibus libro primo declara
ui:qz mā celi aliā ab ea forma quā habet recipe
re nō pōt.ſed materia inferior ſic:z ſimul:z ſuc
ceſſiue z diuiſiōe ſeparari nō poſſunt partes ma
terie eiuſdem celi.ſed partes materie inferio
ris ſeparari poſſunt.z multa ſunt faciliter ſepa
rabilia:z multa ſunt actu ſeparata. Differunt
materie elemētoꝝ a materia ꝓpinqua mixto
rum:qz ſimplicē habēt elemēta materiā:mixta
vero cōpoſitā.z differūt mixta ex humoribus
a non mixtis ex eis:non tñ humores ſunt mate
ria imanēs:queadmodū elemēta:trāſeunt enī
humores:z elemēta manent.5°.methaphyſice
cōmento.4.excluditur elementū quod trāſmu
tatur:cuī aliqd generatur ex eo:ſicut cū caro ge
neratur ex ſanguine:tūc ſanguis non remanebit
pars carnis:ſed qz alia eſt elemētoꝝ ꝓportio cū
nām humoꝝ ſubierunt ab eoꝝ ꝓportione:cū nō
ſubſunt forme humoꝝ.z differunt conſtituta ex
carnibus oſſibus z neruis a non cōſtitutis ex il
lis.diuerſitati.n.formaꝝ ꝓportionalis eſt mate
rierum diſtinctio ꝓpriaꝝ.vnuſquiſqz.n.actus ī
potētia exiſtētis:in ꝓpria materia natus eſt fie
ri.2°.de aīa textu cōmēti.26.de diſtinctione ſz
mām.exemplum de omni:toto:z perfecto ha
buiſti capite.8.z de loco non diuerſo ſm mām.

¶ Caput.x.de eodem ſm modum.

Niuerſaliter itellecto per formā°: ſi
v eo cui ſubſtat identitas modi ē que
 dā identitas ſz formā. Modus aūt
eſt adiacens rei determinatio.vt albo clarū z
obſcurum:calori intēſum z remiſſum.z genera
liter vt termini ſignificātes in rē ſignificatam
nos adducāt.adiectiua ſunt ſubſtātiuoꝝ deter
minationes:z aduerbia verboꝝ. Hanc modi di
uerſitatem intelligit Auerrois.3°.de aīa com
mēto.9 declarās alietatē cadentē in intellectu
dum iudicatur ſingulare diuerſum ab vniuerſa
li.Dixit.n.qz cōprehēdit alietatē iter duo:ne
ceſſe eſt vt ſit vnū vno modo.z multa alio mo
do.qz ibi eſt vnitas inditij:z pluralitas indica
toꝝ.Eādē diuerſitatē intelligit Auerrois.3°
de aīa cōmento.xj.dicens itellectū poſſe habe
re diuerſitatem in iudicādo a ſenſu . z pōt non
habere diuerſitatē ab eo:puta cum circa abſtra
cta cōſiderat.qz itellectu mālia cōſiderante:ſen
ſus ea cognoſcet:ſed ſingulariter.intellectus ve
ro vniuerſaliter.z ſic diuerſitas eſt in mō. Sz
intellectu abſtracta cognoſcēte:non hz itellect°
diuerſitatem ab eo.qz ſenſus abſtracta non co

gnoſcit. eſt igitur ibi differentia inter cognoſce-
re ⁊ non cognoſcere: nõ aũt inter modos cogno-
ſcẽdi. ⁊ Auerrois .12. methaphyſice cõmento .6.
principia vtriuſqꝫ ſcie. ſ. nãlis ⁊ methaphyſice
ſunt diuerſa in modo tãtum: nõ in eſſe. ſunt pñ
cipia incõplexa pña forma: primus finis: ⁊ pri-
mus motoꝛ. dña vero in modo eſt rõnis. differẽ
tia vero in eſſe itelligiṫ ſeparabilitas. ⁊ ſatis eſ
ſet vnũ non eſſe alteꝝ. Auerrois aũt. 4°. celi cõ
mento .22. nihil mouet ſe: ita ꝙ motoꝛ ſit idem
cũ moto eodem modo. quãuis. n. forma nãlis
mouendo materiã ſibi ſubiectã ſe met mouẽt.
alia tñ rõne moueret vt puta ſm ꝙ actu eſt: et
alia rõne moueteṫ. puta ſm ꝙ nãlis eſt. dixit
etiã Auerrois .4. celi cõmento .24. mouens et
motũ in coꝛpoꝛibus ſimplicibus ſunt eadeꝫ res:
qꝛ mouẽs eſt forma: ⁊ motũ eſt forma. differũt
aũt ſm modũ. qꝛ forma vt forma eſt: mouet. vt
vero in materia eſt: moueṫ. Ideꝫ. 3°. celi. cõmẽ
to .28. lapis mouet ſe inquantum eſt grauis in
actu. ⁊ moueṫ inquãtuꝫ eſt potentia inferius. in
tellige de ſimplicibus ſublunaribus: nõ aũt ce-
leſtibus. Auerrois aũt. 4. celi cõ. 24. Iſta mo-
ta in loco. ſ. elemẽta differunt a motis per ſe. ſ.
aĩalibus. qꝛ motores in iſtis. ſ. elemẽtis nõ dif-
ferunt a moto niſi in modo. ⁊ ſunt idẽ ſubiecto
⁊ putaṫ ꝙ motoꝛ ⁊ motũ in eis ſunt idem. ⁊ ꝙ
mouent ſe. in illis aũt. ſ. aĩalibus motoꝛ differt
a moto eſſe ⁊ diffinitione: nõ itellige differenti
am in eſſe ſeparabilitatẽ. qꝛ mã ⁊ forma nõ ſunt
ſeparabilia niſi forte altero deſinente. vel. 3°. pu
ta cogitatiua dũ ſeparaṫ hic intellectus ab iſta
mã: ſed intelligo ꝙ motoꝛ nõ eſt motũ. qꝛ mo-
toꝛ eſt forma: ⁊ motũ eſt mã. ſecunda tñ que in
actu eſt ꝑ formas elementoꝝ ruptas tñ. Dixit
etiã Auerrois pño celi cõ. 112. poſſibile eſt gene
rabile ⁊ nõ generabile ex eis dici de vna inten-
tione. ſed diuerſis modis: vnã itentionẽ intelli
lige vnũ ſignificatuꝫ que eſt res: vna modos di
uerſos intellige diuerſas ſignificationes huius
nois generabile. Et Auerrois. 2. celi cõ. 57. mo
dus cauſaꝝ. de qbus cõſiderat nãlis: alius eſt a
modo cauſaꝝ: de qbus ꝯſiderat aſtrologia. quia
aſtrologus ꝯſiderat de cauſis abſtractis ſm rõ
nẽ a mã: nãlis vero de imerſis. vt celum ſperi-
cum dixit nãlis. qꝛ neutrũ coꝛpus eſt. Aſtrolo-
gus vero: qꝛ linee exeuntes a centro in circũfe-
rentiã ſunt equales. Dixit etiam Auerrois. x.
methaphyſice cõ. 7. diciṫ vnuꝫ modis equalib⁹
eis: quibus dr̃ hoc nomen ens: ſed dñt ſꝫ mo-
dũ. Dixit etiaꝫ Auerrois. 7. methaphyſice cõ.
23. Sanitas dr̃ duobus modis. dr̃. n. de forma:
que eſt in aĩa: ⁊ de habitu: q eſt i coꝛpoꝛe. ⁊ am
bo ſunt ideꝫ: ſed ſanitas ſcðo modo iueniṫ ab ea
que eſt ſm primũ modũ. qꝛ ſanitas: quã cõcepit
medicus regulat medicũ in extrahẽdo ſanitatẽ
de coꝛpoꝛe egrotãtis in actũ. Dixit etiã Auer
rois in pꝛedicamento relationis. non eſt longin-
quũ ꝙ ſit aliquid vnũ numeratũ in duobus p̃di
camẽtis ſꝫ duos modos. non ſꝫ vnũ. qꝛ illud eſt
ĩpoſſibile. Aliud exẽpluꝫ. cibus vt repoſitiuus
ſubſtãtie: eſt obiectũ nutritiue: vt vo repoſitiu⁹
eſt ſubſtãtie quãte: eſt obiectũ augumentatiue
ꝟtutis. Et dixit Ariſtoteles. 2°. de aĩa tex. cõ.
47. eſſe aũt alterũ alimento et augumento eſſe
Aliud exẽplũ ⁊ incipit. ſ. Ariſtoteles declarare
ea. ſ. ens ⁊ vnũ ſignificare eandẽ naturã i forma
licet diuerſentur ſm modũ. 4. methaphyſice
cõ. 3. ⁊ x. methaphyſice: cõmẽto. 8. hec nomina
ens ⁊ vnũ ſignificant vnã eſſentiã: ſed dñt ſm
modũ. Aliud. 4. phyſicoꝝ cõ. 61. vacuũ et plenũ
quidã exiſtimauerũt eſſe vnũ ſm ſubiectum: ⁊
duo ſm modũ. Aliud Auerrois in libro de me
moꝛia ⁊ reminiſcẽtia. memoꝛatio eſt cõſeruatio
abſciſſa. ſuatio vero eſt memoꝛatio continua.
Iſta igiṫ virtus eſt vna ſubiecto: ⁊ due ſꝫ mo-
dũ. Eandẽ ſñiaꝫ infra ponit dicẽs virtus conſer
uationis ⁊ rememoꝛationis eſt idẽ in ſubiecto:
⁊ duo ſꝫ modũ. Auerrois etiã. 5°. phyſicoꝝ cõ
mẽto. 44. tangit diuiſionẽ generis ⁊ ſpẽi i mo
dos ⁊ accidẽtia. ⁊ Auerrois. 12. methaphyſice
cõ. 39. ſic itelligẽdũ eſt cũ dicimus ipſuꝫ. ſ. deuꝫ
eſſe vnũ: ⁊ hñtẽ vitã. ſ. idẽ in ſubiecto: ⁊ duo ſꝫ
modũ. moduꝫ intellige concipiendi intellectus
noſtri. ⁊ ratio eſt. qꝛ vnitati pꝛimi pꝛincipis re-
rum pluralitas repugnat. ⁊ plurium generũ bo
nitates ab ipſo vti ex vberrimo fonte liberali-
ter effunduntur. Tria alia exẽpla pꝛimum de
duabus pꝛopoſitionibus modo differentibus
ſm õ ceſſante ⁊ moto ꝙ ſũt duo ſm modũ. terti
um ꝙ ſunt duo modi idem ſubiecto: habes ſu-
pꝛa capite ſeptimo non repeto. Dantur igiṫ mo
di eſſendi: intelligendi: ſignificandi: p̃dicãdi ⁊c.

¶ Caput. xj. de eodẽ ſm eſſe.

q Uia ipſum eſſe eſt eius ſubſtãtia: ideo
idẽtitas ſm eſſe eſt quedam identi-

tas ſꝫ formam. Similiter diuerſitas ſꝫ eſſe eſt quedā diuerſitas ſꝫ formā. ꝓſuppoſitū.n.eſt: vt per formā intelligatur. Omne illud cui ſubſtatur. Eadē ſecundū eſſe ſunt: quecunqꝫ eodē eſſe ſunt. vt mā: forma: ⁊ cōpoſitū. Forma.n.eſt: quo forma eſt. quo mā ē: ⁊ quo cōpoſitū eſt. ⁊ ſic hec tria: eodē eſſe ſunt. accidentia etiā ipſo eſſe ſubiecti ſunt. quāuis certū accñs non ſit ſubſtātia. accidens.n.non pōt iuxta philoſophuꝫ exiſtere ſua propria exiſtentia: niſi per ſubſtātiā ſuſtineatur. Diuerſa aūt ſecundū eſſe intelligūtur illa que ſeparabilia ſunt: ⁊ hec eſt maxima diſtictio ſecundū eſſe: que tñ cōprehendit ea: que ſunt ad inuicē ſeparata: ⁊ etiā ea que coniuncta ſunt: potentia tñ ſeorſuꝫ exiſtere. Alius aūt gradus diſtinctionis ſecundū eſſe eſt: qñ modi eſſendi differunt: aut diffinitiones: ⁊ ſic aliquo modo coincidit alietas ſecundū eſſe cū alietate diffinitionis. Et iō vnū ſecundū eſſe dupliciter intelligitur: vno modo preter opus intellectus. ⁊ tūc illa ſunt vnū ſecūdū eſſe que eodē eſſe ſunt. alio modo intelligitur apud aīaꝫ. ⁊ tunc illa ſūt vnū ſecundū eſſe quoꝝ eadē eſt ratio cōcipiendi. vt diffinitio eadē. Auerrois igitur. 8°. phyſicoruꝫ cō.30. dixit ꝙ motor differt a moto diffinitiōe ⁊ eſſe: ⁊ voluit ꝙ differūt eſſe: qñ motū eſt motū ab extra: aut diffinitione tantū vt in aīatis. Aīa.n.a corpore diffinitione differt: non aūt ſꝫ eſſe ſic ꝙ ſeparabilia ſint. poſſunt tñ dici differre ſecundū eſſe: ſi intelligeret̃ vnū eoꝝ non eſſe alterū. Et licet theologus ponat intellectū poſſe eſſe ſine corpore. Ariſtoteles tñ p̄io de aīa textu cō.12. ⁊. 2°. de aīa textu cō.26. hoc habet pro ipoſſibili. vbi reprobat pythagorā. Auerrois etiā. 9°. methaphyſice cō. vltīo. duo eſſe attribuit intellectui hūano: p̄io ⁊ vltīo. p̄io ante felicitatē. vltīo vero in felicitate intellige de felicitate in idiuiduo certo: nō aūt ſimpliciter. vnū mediū ponit Auerrois. 2°. de aīa cō.152. ad concludenduꝫ diſtinctionē ſecundū eſſe. Dicit eniꝫ que differunt ſubiecto: differunt ſecunduꝫ eſſe: Aduertēdū tñ ꝙ Auerrois. 8. phyſicoꝝ cō.28. diſtinguit diſtinctionē ſecundū eſſe a diſtinctione ſꝫ diffinitionē dicēs itelligo p diſtinctioneꝫ diſtinctionē in eſſe: nō diſtinctionē ſecundū diffinitionē. q2 motorē in aīalibus eſſe diſtinctū ratione a moto eſt manifeſtū per ſe: ſed ignotū ē. vtrū diſtinguat̃ niſi per accidens. i. differāt motor ⁊ motū ſꝫm eſſe in alio caſu ꝙꝫ cuꝫ aīal mouetur per accidens. q2 mouetur ab extrinſeco. Ariſtoteles aūt. 4°. phyſicoꝝ textu cō.84. non ſeparata qdē eſt materia; eſſe aūt alteꝝ eſt. ⁊ vna eſt numero. Et Auerrois ibi dixit materiā nō ſepari a cōtrarijs ſecūdū eſſe. ⁊ intelligit ꝙ materia nunꝙꝫ eſt ſine altero cōtrarioꝝ: neqꝫ aliqđ cōtrarioꝝ exiſtere pōt ſine materia: ſed eſſe materie eſt alteruꝫ. q2 ipſa eſt diuerſa rōne a cōtrarijs. puta diffinitione. ⁊ ibi dixit Auerrois. qdditas. materie eſt aliud a quidditate cōtrariorū. quidditatē intellige materie: nō formā. ſꝫ potētia formā. Auerrois etiā. 2°. phyſicorū exponit cōmento.12. quid eſt formā ſeparari a materia ſecūdū eſſe. i. ꝙ poſſit eſſe ſine materia: ſed eſt ſeparata a materia ſecundū diffinitionē tantū. hoc idē habet Auerrois. ut p̄io libro de orbibus dixi. p̄io phyſicoꝝ cō.65. loquēs de diſtinctione materie ⁊ forme. Dixit.n. diſtinguunt̃ ſecundū diffinitionē: nō ſecundū eſſe. nō.n. ſeparantur a ſe inuicē in eſſe. ſed ſeparātur ratione. ſubſtantiā etiaꝫ habere duplex eſſe in intellectu: ⁊ extra. ponit Auerrois i p̄dicabilibus. Et Auerrois p̄io de aīa cō. vltīo. ſecundū diuerſa eē diuerſa predicata rei attribuunt̃: vt corpus viuū eſt nutribile ⁊ graue; ſed eſt nutribile ſecunduꝫ ꝙ viuū. ⁊ graue aut leue ſecūdū ꝙ corpus materiale: ⁊ Ariſtoteles. 5. phyſicorū cōmēto p̄io. vt muſicus currit; nō.n. currit ſecundū ꝙ muſicus: ſed ſecundū ꝙ eſt aīal ambulans. cui accidit vt ſit muſicus. Et Ariſtoteles de iuſtitia ⁊ virtute loquēs. 5°. ethicoꝝ capite. 4. Eſt quidē.n. eadē eſſe aūt non ideꝫ. Et dixit Auerrois ibi hec ſcꝫ iuſtitia ⁊ virtus ſimpliciter ideꝫ ſunt ſubiecto: eſſe aūt non ideꝫ. q2 hec in ad alterū. virtus aūt ſecundū ꝙ habitus aīe talis. Formas etiaꝫ in duplici eſſe conſiderari. vt quantitateꝫ dixit philoſophus ⁊ Auerrois etiā. 2°. phyſicoꝝ textu ⁊ cōmento. 18. eſſe in mā ptinet ad nālē: eſſe ho abſtractuꝫ ad mathematicuꝫ. Et Auerrois p̄io de generatione cōmento. 44. abſtractum dupliciter ſermone ⁊ eē ⁊ ſmone tantū. intellige ſermone diffinitione. De hac diſtinctione loquit̃ Auerrois. 4. phyſicoꝝ cōmēto. 103. ⁊. 104. dicens inſtans quod eſt agens tempus: eſt ideꝫ in oī motu ſed eſſe eius diuerſat̃. ſ. p prioritatē ⁊ poſterioritatē intellige agere mathematicum co mō quo punctū fluens cauſat lineā: non autē

agere naturaliter.qꝛ fluxus puncti ymaginari-
us eſt.fluere tamen inſtantis non per ymagina-
tioneꝫ eſt preciſe.expoſitio eſt Auerrois ibi cō
mēto.104.Auerrois etiā.2° de anima cō.148.
dixit de ſenſu cōmuni ꝙ vnus eſt intellectu.i.
diffinitione:⁊ in eſſe in actu ⁊ plura ſm inſtru-
menta.qꝛ ipſe eſt vna virtus:cuius eſt vna ope
ratio.ſ.iudicare de ſenſibilibus ⁊ ſenſationibuſ
exteriorum ſenſuum:ſed ad ipſum terminātur
multa organa diuerſoꝝ ſenſuum:ratione quoꝝ
ipſe dicitur multa. Et dixit Ariſtoteles.2.de
aīa textu cō.147.ſm eſſe quidem diuiſibile:lo
co aūt ⁊ numero indiuiſibile. loquens de ſenſu
cōmuni.⁊ ſubdit ibi cōmento.148.potētia enīꝫ
idem ⁊ indiuiſibile cōtraria.ſm eſſe autem nō.
Et paulo ante textu cō.122.ſenſitiuū primū eſt
quidē igitur idē:ſed eſſe alterū eſt:⁊ Ariſtote-
les.3°.de aīa textu cōmenti.31.de ſenſu cōmu-
ni loquēs ſed vltimū vnū:⁊ vna medietas:Eſſe
aūt ipſi plura:Et loquēs Ariſtoteles de intelle
ctu.3°.de aīa textu cō.32.dixit.Idē quideꝫ:eſ
ſe aūt non idem:⁊ illud ſimiliter. Ariſtoteles
etiā in libro de ſenſu ⁊ ſenſato dixit in fine:vnū
numero ſenſitiuū oīum:ſecūdum eſſe alterū.pu
ta ſcḋm ꝙ diuerſis ſenſationibus formaṫ. Ari-
ſtoteles ēt.2°.de aīa textu cō.138.Senſibilis
actus ⁊ ſenſus idē eſt ⁊ vnus:eſſe aūt ipſorū nō
idē.Et paulo infra Unus eſt quidē actus.ſenſi
bilis ⁊ ſenſitiui:eſſe aūt alterū eſt.ibi textu cō-
menti.141.qꝛ eadem eſt forma:que eſt in re ex-
tra in eſſe eius naturali:⁊ in ſenſu:ſed in eſſe in
tētionali.⁊ hoc voluit Auerrois ibi dicēs. mo
dus ſenſibilis extra aīam differt a modo ſui eſ
ſe in ſentiente:⁊ hoc eſt.qꝛ vnū eſt eſſe reale:ali
ud vero ſpirituale.Et habetur idem.2°.de aīa
cōmento.62.⁊.76.Color habet duplex eſſe:ſi-
militer odor.naturale ⁊ extraneum:naturale
eſt reale.Intētionale vero eſt extraneuꝫ.Idē
dixit Ariſtoteles in libro de memoria ⁊ remi-
niſcentia.aīal ymago vnū eſt.eſſe tamen non eſt
idē amborum.quoniā animalis verū eſt eſſe:ſꝫ
vere ymaginis eſſe eſt eſſe repreſentatiuum
eiuſdē.Tertio aūt de aīa textu cōmenti noni.
Dixit Ariſtoteles aliud eſt magnitudo ⁊ ma-
gnitudinis eſſe:intellige eſſe magnitudinis qd
ditatem magnitudinis:intrāſitiue intellige ge
nitiuū cōſtrui.Et.3°.de aīa textu.cōmenti.29.
Non alterū appetitiuum ⁊ fugitiuū:neqꝫ abin
uicem:neqꝫ a ſenſitiuo:ſed eſſe aliud eſt.Et.3°
de aīa cōmento.49.Neceſſe eſt vt intellectus
ſit mouēs ſm ꝙ eſt deſiderās:non ſm ꝙ eſt cō
prehendens.neqꝫ ſm ꝙ deſideriuꝫ eſt alia vir
tus ab intellectu ex quo nota intellectū appe-
tere ꝯ ſcotū ⁊ Tho.⁊ a fortiori virtus intelle-
ctiua eſt appetitiua.nota etiā appetitiuam co-
gnoſcere ex.3°.de aīa cōmento.52. virtus ani-
me que cōprehēdit rem:⁊ deſiderat ipſam:eſt
virtus mouēs aīal:⁊ eſt que dicitur appetitiua
⁊ Ariſtoteles in libro de ſomno ⁊ vigilia.eſt
idē ſenſitiuo fantaſticum.Eſſe aūt ſenſitiuo et
fantaſtico alterū.Et Ariſtoteles.3°.de aīa tex
tu cō.41.Adhuc aūt ⁊ fantaſtica:que per eſſe
quidē ab oībus altera eſt.de hoc aliquid dixi
in libro de principiis phyſionomie.Dixi etiaꝫ
libro ſcḋo de elementis.intimius eſt eſſe forme
ꝙꝫ paſſio ſubiecto.qꝛ non ymaginabilis eſt for-
ma ſine eſſe.⁊ ymaginabile eſt ſubiectum ſine
paſſione.i.nō ymaginata paſſione.Diuerſitatē
etiam ſm eſſe imo ſm eſſentiā tāgit Auerrois
4°.celi cōmēto.8.loquēs de natura grauium ⁊
leuium.dixit enim iſte due nature ſunt diuer-
ſe in diffinitione ⁊ eſſentia.naturas itellige for-
mas ſubſtantiales.

¶Utrū diſtinctio ſecūdū modū differat a diſti
ctione ſecundū eſſe. Rn̄° p Auerroim.12.me-
thaphyſice cōmento.6.ꝙ ſic.Dixit.n.principia
naturalis ſcientie ⁊ methaphyſice ſunt diuerſa
in modo tātū:nō aūt ſunt diuerſa in eſſe.prima
enī forma ⁊ primus finis ſunt methaphyſice pri
cipia.⁊ ſunt principiuꝫ naturale.quod eſt primꝰ
motor.Alia tamē ratio eſt cauſalitatis finis a
forma ⁊ efficiente.Dico igitur ꝙ nō ſimplici-
ter differunt.ſed ſm determinatā acceptioneꝫ:
diſtinctio.n.ſm eſſe aliquādo intelligitur diſti
ctio ſꝫ eēntiā:ſeu ſꝫ modū eēndi:ſeu ſꝫ diffōnē
Aliqui vero dicit ſeparabilitatem eoꝝ que ſic
differunt.Et hoc ſcḋo modo intelligit Auerro
is in auctoritate allegata diſtinctionē ſecūduꝫ
eſſe.non.n.ſeparabile eſt eſſe primā formā a pri
mo efficiēte:neqꝫ a primo fine.neqꝫ econtra.

¶Utrū diſtinctio ſecundū eſſe ſit ſufficiens ad
hoc:vt contradictoria verificentur de aliquo
⁊ videtur ꝙ ſic.per Auerroim primo celi com
mento.3.dicentē corpus inquantū continet in ſe
lineā:dicitur continuū:non diſcretū:inquantuꝫ
vero continet in ſe ſuperficiem dicitur diſcretū

ſecundo de eſſentia lapidis in eſſe naturali dici/
tur ſubſtantia de eadem vero in eſſe intētiona/
li dicitur qualitas. tertio de linea dicit̄ eſſe fini
tū ⁊ infinitū. 8. phyſicoꝝ cō. 68. qꝛ linea ſm ꝙ
vna eſt finita q: duobus pūctis terminatur: ſm
vero ꝙ eſt multa: eſt infinitum in potentia.

¶ Oppoſitum primum principium eſt contra/
dictoria non verificantur de eodem ſimul.

¶ Rñ° ſi ſunt aliqua diſtincta ſm eſſe: ſic ꝙ ſe
parabilia ſint de illis verificari poſſunt contra
dictoria. Si aūt ſm eſſe diſtinctio ſit rationis
tātum: nō opꝫ verificare cōtradictoria quorum
alterum ſit reale.

¶ Ad primum ad contradictionem requiritur
ꝙ ſit ſm idē: ſed in propoſito eſt ſecundum di/
uerſa. qꝛ non diſcretū per lineā: ⁊ diſcretū p. ſup
ficiē nō contradicūt. diſcretio enī ibi eſt diuiſibi
litas ſm plures dimenſiones: ⁊ tunc corpus per
lineā nō eſt diuiſibile in plures dimēſiones: ſed
per ſuperficiē ſic. Utrūqꝫ aūt eoꝝ. ſ. lineā: ⁊ ſup
ficiē includit corpus: qꝛ corporis terminus eſt
ſuperficies ⁊ terminus ſuperficiei ē linea.

¶ Ad ſecundum eſſentia preſcindente a mo/
dis eſſendi: ipſa nondum eſt in predicamento:
neqꝫ ſubſtātie: neqꝫ accidentis. Sed ipſa acce/
pta ī determinato eſſe. puta forma lapidis ī ma
teria: ipſa ſubſtātia eſt: ſed ipſa accepta. vt in in
tellectu eſt: ipſa eſt qualitas: non tamen ꝓpter
hoc verificātur contradictoria de eodem ſecun
dū idem. ſed ſm diuerſa eſſe. puta ſm eſſe extra
neū: ⁊ eſſe naturale: ⁊ ſic que verificantur non
ſunt contradictoria.

¶ Ad tertium non repugnat idem eſſe actu fi/
nitum ⁊ potentia infinitum.

¶ Due alie auctoritates de ſenſu ⁊ ſenſibili.
Et aliud exemplum de muſico ⁊ albo. poſita
ſunt capite ſeptimo.

¶ Caput. 12. de eodem diffinitione.

ſ Atis apertuꝫ eſt: que idē diffinitione
dicitur. puta cum eadem ſit duoꝝ dif
finitio: aut vnū ſit alterius diffinitio.
ſiue equaliter ſit amborum diffinitio illa vt in
ſinonimis: aut non equaliter. vt indiuiduo ſpe/
ciei cōparato. vt ſortes ⁊ homo. aut vno indiui/
duo alteri comparato. vt ſortes platoni. Et li/
cet diffinitio generis verificetur de ſpecie: ta/
men genus ⁊ ſpecies ratione differūt. quia alia
eſt generis diffinitio a diffōne ſpēi. ⁊ ſic maior

eſt diſtinctio ſm diffinitionem inter genus et
ſpeciem ꝙꝫ ſit inter ſpeciem ⁊ indiuiduum. ta/
men ſi indiuiduo aſſignaret̄ diffinitio propor/
tionali paſſu incederet̄ indiuiduū reſpectu ſpe
ciei: ⁊ ſpecies reſpectu generis. Idētitatē aūt
diffinitionis cū diffinito declarat Auerrois. 7.
methaphyſice cōmento. 40. diffinitio eſt vnuꝫ
cum diffinito ſecundū predicationē: nō qꝛ ipſa
diffinitio: que eſt forma: eſt ipſum diffinitum.
quod eſt habēs formā. niſi forte eo modo quo
qdditas hoīs eſt hō vno modo. ſ. ſm formam:
nō aūt ſm congregatum. vt. 7°. methaphyſice
commento. 21. dixit Auerrois. Sed adhuc eſt
dña inter intētioneꝫ ⁊ rem: cuius eſt intētio.
Dixit. n. Auerrois prio methaphyſice cō. 36.
diffinitio hoīs non eſt hō: ⁊ cōmento. 45. euiſ/
dem ītellecta rerū nō ſunt ſubſtātie reꝝ. Et qꝛ
diffō duaꝝ partium eſt. puta generis ⁊ differē
tie. Unitatē diffōnis declarat Auerrois. 8. me
thaphyſice cō. x. Unū quod ſignificat diffō vna:
eſt vnū per ſubiectum: qđ eſt forma. ſ. per vlti/
mā formā ⁊ vltimā differentiā. Differentiam
aūt forme a mā ⁊ cōpoſito declarat Auerrois
8°. methaphyſice cōmento. 8. dicens. forme
quū diſtinguūtur ab ītellectu a materiis: inue
nit eas aliud a ſubiecto ⁊ a compoſito. quū aūt
ītelligit aggregatū ex eis. ſ. ſenſatū: inuenit eas
idē diffōne: nō aūt diuerſa. ⁊ ſubdit diffinituꝫ
omne cū ſuis partibus apparet ꝙ ſunt idē quo
dā modo: ⁊ nō idem alio modo. Unitatē ſubie
cti ⁊ diffōnum pluralitatē tangit Auerrois pri
mo phyſicoꝝ cōmento. 21. hoc nomen ens dicit̄
de pluribus ſm diffōnem ⁊ vno ſm ſubiectuꝫ:
vt hō eſt albus muſicus ⁊c. Et Ariſtoteles pri
mo de generatione textu cōmenti. 29. materia
eſt eadem ⁊ vna numero: rōne aūt non vna. Et
2°. phyſicorūꝫ cōmento. 70. forma ⁊ finis ſunt
vnum ſm ſubiectū: ⁊ plures ſm diffōnē. Et. 5°.
Ethicoꝝ Auerrois capite. 6. Erunt comproportionalia
quattuor ratione: ⁊ ſi non ſubiecto: qꝛ
idem terminus aliquādo bis cōputatus ratio/
nē habet duoꝝ terminorum ꝓportionis. vt. i.
2. 4. Duo enī cōparatur ad vnū. quibus quat/
tuor cōparantur. Et. 5°. Ethicoꝝ capite. 3. dixe
rat. Eſt ergo ipſa. ſ. iuſtitia ⁊ virtus vnum ſub
iecto: ⁊ diuerſum ratione. Et de identitate dif
finitionis generis. Dixit Auerrois 5°. metha
phyſice cōmento. xj. hoc modo ſunt res diuer

ſe ſecundum diffinitionem ⁊ vnum ſecundum
ſubiectū. vt augumētabile ⁊ diminuibile. Et di
xit Auerrois in libro de memoria ⁊ reminiſcē
tia. Et Ariſtoteles declarat ꝙ iſta virtus re
memoratiua eſt alia a virtute ymaginatiua: ⁊
ꝙ ſunt due diffinitione ⁊ ſubiecto. Et exponen
do iuxta expoſitionē Auerrois. 2°. colliget ca
pite. 20. ymaginatiua in primo ventriculo cere
bri manifeſtatur: rememoratiua aūt in medio.
Idē dixit Auerrois p̄io canticorum cōmento
85. perficiūtur ſpecies in ipſius ventriculis. Et
cerebrum eſt vnum inſtrumentorū cōplentiū
hanc actionē ſecundū tēperamentum exiſtēs in
eo. Auerrois in libro de ſomno ⁊ uigilia. Ego
aūt ab Auerroe hic parū diſſentio. ⁊ teneo ma
nifeſtari opera cerebri in rete mirabili in cere
bro exiſtēti vel ſub eo: nerui eni ad cerebrū ter
minātur in parte illa vbi aperte eſt rete mirabi
le. ⁊ locus ille directiorē ⁊ apertiorē viam ha
bet ⁊ cōmunicationem cū corde. Dixit etiam
ergo duo oppoſita verificant, illa de quibus ve
rificant: non ſunt oĩno idem ex natura rei. In/
tellige de oppoſitis quorum alteꝝ eſt reale qa
diuerſa predicata rõnis cum idẽtitate rei ſtant.
qꝛ in prima figura medium ſubicit in maiore ꝓ
poſitione: et predicatur in minori. nõ intelligas
pp hoc duo ꝯdictoria de eodẽ verificari. ſ. ſubi/
ci nõ ſubici. predicari. nõ predicari. vnum .n. veri
ficat. ⁊ nõ alterum. nõ .n. valet ꝯña ſubicitur. er
go non predicat. quẽadmoduz non vz. hoc predi
cat: ergo non ſubicitur. Exẽplum huius diſtin/
ctionis eſt totũ ⁊ vna eius medietas. qꝛ totum
cõponit ex altera medietate. Et de toto eſſen/
tiali. dixit Auerrois. 8°. methaphyſice cõmẽto
8. apparet ꝙ anima hominis et homo ſunt idez
quodãmodo: ⁊ non idem alio modo. qꝛ ſunt idẽ
ſecundum formam; non autem ſecundum con/
gregatum ex materia ⁊ forma. Similiter bru/
tum ex corpore componitur ⁊ ſenſus eius non:
bruttum ex ſenſu componitur ⁊ corpus eius
non. Et ſexto topicoꝛuz capite vigeſimo pᵒ di
xit Ariſtoteles cum partes ſunt: ſtat totuz non
eſſe. Intellige de toto ⁊ parte mãliter. acceptis
ſcz pro rebus: que denominãtur. nõ aũt formali
ter ⁊ reſpectiue. quare non idem partes toti. ⁊
hec eſt qõ: quã dixit Ariſtoteles primo phyſico
rũ textu cõmenti. 17. eſſe pulchrã in ſe. moderni
aũt ſequuti Auerroim aliam qõnez addiderũt
ſcz an totum a partibus ſimul ſumptis diſtin/
guatur. ſed de hac dixi ſatis in libro primo de
elementis.
⁋ Diſtinctionẽ ex natura rei quidã inueſtigãt
qꝛ mediũ demõſtrationis differt ab extremis.
Secũdo qꝛ differt ꝓpoſitio per ſe nota a propo
ſitionẽ nõ p ſe nota. Tertio qꝛ diffinitio ⁊ diffi
nitũ differunt. Sed dicenduz eſt hec media di
ſtinctionẽ rationis concludere. nõ autẽ diſtinctio
nẽ ex natura rei. qꝛ illa ſunt intentionalia predi
cata; nõ autẽ realia.
⁋ Utruz diſtinctio ex natura rei ſit accepta ab
Ariſtotele. ꝙ ſic. qꝛ Ariſtoteles pᵒ poſterioꝝ
⁊. 7°. methaphyſice de particularibus nõ eſt ſci
entia; ſed de vniuerſalibus. ⁊ prohemio primi
methaphiſice callias p ſe ſanatur; nõ aũt homo.
ergo apud Ariſtotelem eſt dña inter ſingulare
⁊ vniuerſale. nõ aũt alia niſi ex nã rei. Simili/
ter ſingularia nõ ſunt diffinibilia; ſed vniuerſa/
lia ſic. Singularia iferiora ſunt corruptibilia: ⁊
non vniuerſalia. Secundo quidditas ⁊ id cuius
eſt quidditas i materialibus differunt: ergo ſpe
cies ab indiuiduo. pz antecedens ex. 3°. de ani/
ma textu cõ. 9. ⁊. 7°. methaphyſice textu cõmẽ
ti. 41. Tertio in diffõne hoĩs itrant carnes ⁊ oſ
ſa; nõ aũt he. carnes, aut hec oſſa. ergo vniuerſa
le ⁊ particulare differũt. dixi .n. in libro de vni/
uerſalibus. vniuerſale ⁊ ſingulare ſunt due na/
ture ex Auerroe. 3°. methaphyſice cõmento. x.
qꝛ hoc itellectum eſt. puta vniuerſale. hoc vero
ſenſibile. ſ. ſingulare. Quarto genus eſt vt mate
ria: dña vero vt forma. pz ex Porphirio ⁊ ex
Ariſtotele ⁊ Auerroe. 7°. methaphyſice cõmẽ/
to. 43. ergo animal ⁊ rõnale ex natura rei diffe
runt. Quinto magnitudo ⁊ magnitudinis eſſe
differunt: ergo ſpecies ⁊ indiuiduum ex natura
rei differũt. Sexto ens eſt commune. x. predica
mentis: ⁊ ſubſtantia nõ. ergo ſubſtãtia ⁊ ens ex
natura rei differunt. Septimo deus ⁊ creatura

conueniunt in ente. ⁊ differunt non eodem preciſe. qꝛ nihil idem preciſe eſt principium conuenientie ⁊ differentie aliquoꝝ. ergo aliquo modo differūt ex natura rei.

¶ Rñ° diſtinctio illa ſub hoc nomine ex natura rei nō accipitur ab Ariſtotele. ⁊ ſecūdum rē quātū ad multa que dicūt: nō ponitur: ſed quantū ad aliqua conceditur illa diſtinctio. vt patebit ſoluendo rationes in oppoſitum.

¶ Ad primū illa diſtinguūt inter eſſe intentionale ⁊ eſſe reale: nō aūt cōcludunt diſtinctionē ex natura rei. qꝛ in eſſe vniuerſali res ſcibiles ⁊ diffinibiles ſunt. ⁊ materiale indiuiduū eſt generabile ⁊ corruptibile ⁊ alterabile. nō aūt intētio vniuerſalis. niſi valde equocando iuxta ea que dixit Auerrois. 3°. de aīa cōmento. 5. de intellectis ſpeculatiuis reſpectu fantaſmatuꝫ corruptibilibꝫ: nō aūt reſpectu itellectus poſſibilis.

¶ Ad ſecundum negatur ꝯña. qꝛ intellectus antecedentis eſt. forma differt a cōpoſito. Secundo cōcedit ꝯña. ſ. intētionale eſſe differt a reali: nō tñ realiter. qꝛ nō vtrūqꝫ extremū ē res. ⁊ de eadem forma verificantur.

¶ Ad tertiū diffinitio ⁊ diffinitū apud intellectum ſunt. ideo quecūqꝫ diffinitionē intrant: apud intellectum ſunt: ſed īdiuiduum reale nō eſt in intellectu. ideo ipſum diffōnem realis rei intrare nō pōt. tū qꝛ opꝫ diffōnem multis indiuiduis cōuenire: quod nō eſt poſſibile. ſi ſignatū indiuiduū diffōnem intraret. dixit. n. Auerrois 5°. methaphyſice cō. 12. vnum. n. in ſpē adminus dicit vere de duobus in numero. dixit vere. qꝛ accidit vt vnū in ſpecie ſit vnum in numero. qñ de ſpecie nō inuenitur niſi vnū indiuiduum.

¶ Ad confirmationē vniuerſale ⁊ indiuiduum differunt ſecūdū eſſe. ⁊ in eſſe reali preſentatur indiuiduū ſenſui: ⁊ in eſſe intentionali preſentatur intellectui.

¶ Ad quartum negatur ꝯña. quia licet proportionalem habeāt modū ſe habendi genus ⁊ differētia ſicut materia ⁊ forma: vt dixit Ariſtoteles. 8°. methaphyſice textu cōmenti. 9. nō tñ tanta eſt diſtinctio inter genus ⁊ dr̃iam: ſicut ē inter mām ⁊ formā. qꝛ genus ⁊ dr̃ia de ſe inuicem vere affirmatiue predicātur: nō aūt de mā ⁊ forma aut econtra. niſi forte in concreto ⁊ denominatiue. apud igitur intellectum diſtinctiuum ⁊ diſtinguibile vt materiale et formale ſe habere poſſunt.

¶ Ad quintuꝫ negatur ꝯña. vult aūt philoſophus ibi diſtinctionem inter obiectum intellectus ⁊ ſenſus: nō curando. an ſit preter opus intellectus diſtinctio illa: nec ne.

¶ Ad ſextum ſimiliter. qꝛ non habetur inde niſi ꝙ termini illi nō ſunt paris ambitus in ſignificando. Hoc aūt nihil ponit ex parte rei.

¶ Ad ſeptimum non eſt aliud conuenientia in ente ꝙ̄ꝫ quodlibet illorum eſt ens. ⁊ differentia ꝙ̄ꝫ ꝙ vnū non eſt alterum. ⁊ concedo ꝙ non eſt idē mediū cōcludendi aliqua differre cū medio concludendi ꝙ ſint idem. nō ꝙ cōuenientia ſit ī aliquo reali preter opus intellectus.

¶ Dubitat pp Scotū. Utrum diffinitio ⁊ diffinitū ex nā rei diſtinguantur. videtur ꝙ ſic. qꝛ de eis p̄dicata contradictoria verificantur. quorū alterū eſt reale. qꝛ diffinitum eſt conſtitutuꝫ ex partibus diffinitionis ⁊ non cōſtitutiuū earꝫ diffinitio vero eſt cōſtitutiua diffiniti: ⁊ non cōſtituta ex diffinito. ſecundo qꝛ diffinitum dicit vnam conceptibilitatem. diffinitio vero duas.

¶ Rñ° diffinitio ⁊ diffinitū formaliter accepta non ſunt extra itellectū. ſed in intellectu ſunt. ⁊ quāuis extra ſint hō ⁊ aīal rōnale: nō tñ ſūt diffinitio ⁊ diffinitū. niſi cū in eſſe intētionali accipiūtur. ⁊ ſic ſunt in intellectu. Et tunc inter illa cadit diſtinctio rōnis. ⁊ ſic diffinitionē declarare: et non declarari. diffinitum vero declarari: ⁊ nō declarare. non arguūt niſi diſtinctionē rationis. Sed loquēdo de denominatis eſſe diffinitiones aut diffinita reruꝫ: que ſunt extra animam. dico ꝙ ſolum ratione differunt. non autē ex natura rei. nō enim valet animal eſt equus. hō non eſt equus: ergo hō nō eſt animal. Quod allegatur genus ⁊ differentia conſtituūt ſpeciē. dico exempli gratia animal ratiōale eſt homo. nō aūt cōponit hominem. ſed apud intellectum cōceditur cōſtitutio illa. pꝫ apud Auerroim primo phyſicoꝝ cōmento. 5. dum loquitur de compoſitione apud ymaginationem. non enim capit intellectus qō hō ſit aīal: ⁊ ꝙ aīal ſit pars componens hominem extra intellectum. neqꝫ capit intellectus ꝙ animal ſit pars componēs hominem. ⁊ ꝙ aīal vere affirmatiue ⁊ eſſentialiter predicetur de homine. vt dixi in ſecundo libro de elementis.

¶ Ad argumentum predicata contradictoria:

quorum alterum eſt reale: concludunt diſtin-
ctionem ex natura rei. nõ aũt predicata cõtradi
ctoria intentionalia. qualia ſunt diffinitũ: nõ dif
finitũ. diffinitio: nõ diffinitio. demoſtratum nõ
demonſtratũ ꝯſtitutũ apud intellectum: non cõ
ſtitutum. Sed cum ſint predicata contradicto
ria que apud rationem ſunt: illa diſtinctionem
rationis inferunt. ex hoc patet ratio quare limi
tabatur a principio capituli ad concludendũ di-
ſtinctionem ex natura rei. ꝙ oportebat accipere
contradictoria: quorum alterum eſt reale.

¶ Utrum intellectus agens ꝛ poſſibilis diſtin
guanẽ ex nã rei: nõ realiter. ꝙ ſic. qꝛ ſũt mouẽs
ꝛ motũ. Rñº apud Auerroim ſunt due res. ſcꝫ
prius intellectus ꝛ inſimus. ꝛ hoc concludit ra
tio. qꝛ reſolutio mouentis et motiuum ad pri-
ma principia deuenerit. de neceſſitate ad duo
ſtat: quorum unum non eſt alterum.

¶ Dubitatur quid uelit Auerrois. 7º. metha
phyſice cõmento. 20. dicens ſortes nihil aliud
eſt ꝗꝫ animalitas ꝛ rõnalitaſ. qꝛ rationalitas eſt
anima itellectiua. ꝛ animalitas eſt anima ſenſi
tiua. hec aũt falſa eſt. ſortes eſt aĩa ſenſitiua ꝛ
intellectiua. qꝛ ſortes includit corpus. quod non
includunt forme eius. ſcdo Auerrois. 8. metha
phyſice cõ. 8. neqꝫ homo eſt ipſa aĩalitaſ ꝛ mul
titudo pedũ. ſed eſt aĩal quod diſponitur p ani-
malitatem ꝛ p pedum multitudinem. Reſpon
dẽt intelligit Auerrois p abſtracta: concreta
ſcꝫ ſortes nihil aliud eſt ꝗꝫ aĩal rationale. Sed
iſte ſenſus: quãuis ſit uerus: non eſt ille quem
Auerrois ibi intelligit. qꝛ eſſet hoc facere ſer-
monẽ eſſe inartificialem. intelligit igitur Auer
rois per abſtracta: abſtracta ipſa non concreta. ſ.
ſortes nõ eſt aliud quidditatiue ſeu ſecundum
formã ꝗꝫ animalitas ꝛ rationalitas. pꝫ iſte ſen
ſus p uerba eius. ſ. que ſunt quidditates eius:
neqꝫ animalitas: ꝛ rõnalitas ſunt qdditates: ni
ſi ſortis ꝛ platonis. ꝯcretis aũt non cõuenit eſſe
quidditatem: ſed ea eſſe quorum eſt quidditas
ꝙ ſi ultra humanitatem aut animalitatem po
nãtur in ſorte forme elementorum. Rñº ſunt ibi
in potentia. ꝛ non in actu. quidditas aũt actum
dicit. ꝛ qꝛ forme elementorum ſunt preſuppoſi
te aĩalitati. ideo dictio excluſiua illas non ſim
pliciter excludit.

¶ An communicabile ꝛ predicabile differant.
ſic ꝙ communicabile reperiatur ex parte rei:
predicabile autem ex parte intellectus. iuxta
ea que dicunt Scotiſte. Dico ꝙ non: ſed nõ dif
ferunt niſi nomine: ideo quemadmodum predi
cabile nõ eſt extra intellectum. ita neqꝫ cõicabi
le. qꝛ cõmunicatio uniuerſalium nõ eſt niſi p p̃-
dicationem. ꝙ ſi aſſumpſeris. cõmunicabile eſt
extra intellectum: ergo ꝛ predicabile. nego aſ-
ſumptum. ſi probas qꝛ ſecluſo opere intellectus
homo eſt in multis. Rñº mala eſt locutio: ſed
ſi bene itelligatur: ſenſus eſt. multi ſunt hoĩes
ex qua non ſequitur homo eſt in multis. qꝛ nul
la eſt res que ſit in multis: niſi forte de intelle-
ctu poſſibili apud Auerroim: nõ. n. bene dicitur
homo eſt in ſorte. ſed bene dicitur ſortes eſt ho
mo. diſtinctiones igitur generis ſpeciei ꝛ indi-
uidui: habitudines totius uniuerſalis ꝛ partis
ſubiectiue: apud intellectum ſunt. nõ autem ex
tra intellectum. quemadmodum ordines predi
camentorum apud intellectum ſunt: non autem
extra animam.

¶ Caput. 21. de diſtinctione modali.

Modum intrinſecum quidã diffiniũt
qui additus non variat rationeꝫ for
malem rei. ut gradus albedini: ſimi
liter neqꝫ remotus ab ea: qꝛ modus in ſe nullaꝫ
dicit formalitateꝫ. Erit igitur differentia inter
modum contrahere diuiſum: et diuiſi aut con-
tituti rationem formalem variare. poteſt eniꝫ
modus diuidere: quemadmodũ ꝛ differentia:
licet alterius ratiõis ſit diuiſio: ſed differentia
conſtitutiua eſt: ꝛ actuatiua: non oportet auteꝫ
ꝙ modus conſtituat. Sed an Scotus in hoc
bene: aut conſequenter dicat. videndum eſt.
qꝛ vult finitũ ꝛ infinitum eſſe modos intrinſe-
cos: ſimiliter neceſſitatem ꝛ contingentiaꝫ: exi
ſtentiam: actum ꝛ potentiam: intenſionem ꝛ re
miſſionem: differentiam indiuidualem: realita [illegible]
tem. qꝛ igitur iſinitas predicatur in primo mo-
do dicendi per ſe de deo apud ipſum. Quero an
remoto modo: puta infinitate: per intellectũ in
tellige. remanet diuinitas. ꝛ ſic remoto predica
to primi modi remanet res apud intellectum.
quod eſt impoſſibile. aut non remanet diuini-
tas. ꝛ ſic remotio modi remouet formalitateꝫ.
cuius eſt modus. Similiter exiſtentia apud ip
ſum p̃dicaẽ i primo modo dicẽdi per ſe de deo:
ꝛ tũc fiat argumentuꝫ de exiſtentia: ſicut argu
tum eſt de infinitate. tertio qꝛ finitas aut exi-

[illegible]

ſtentia apud ipſum non quidditatiue icluditur in creatura: ergo neqꝫ infinitas in deo: neqꝫ exiſtencia. patet conſequentia. quia non intimior ē infinitas rationi formali rei: que eſt independēſ q̄z finitas rationi formali rei: que dependet. Et vadit argumentum contra modernos dicentes modum diuiſiuum non eſſe de quidditate diuiſi: vt infinitas reſpectu entis. ſed bene de qd ditate conſtituti: vt infinitas reſpectu dei. Contra quos ſequitur deū differre a creaturis modaliter tantū. conſequens eſt inconueniens etiam apud ipſos: quia deus ⁊ creatura ſunt due quidditates formaliter ⁊ quidditatiue diſtincte: ⁊ ſic non modaliter tantum. patet conſequē tia quia ens infinitum ab ente finito non differt: niſi infinitate. ꝙ ſi deus a creatura pluſq̄z infinitate differt: tunc diuinitas aliud dicit q̄z ens infinitum. ⁊ ſequitur quidditatem eſſe conſtitutam in eſſe quidditatis per modum. quod abhominabile eſt apud intellectum. quia diuinitas in eſſe diuinitatis per infinitatem conſtituitur apud eos. Dicunt diſtinctionem dei a creatura formaliter eſſe per modum. ꝙ formalitatem tantum extendunt ꝙ modum comprehendit: ſed fundamentaliter non. Contra hoc eſt quod quero. quia dempta infinitate per intellectum noſtrum. aut remanet quidditas entis preciſe. ⁊ ſic non eſt diſtinctio in fundamento inter deum ⁊ cauſata. aut remanet alia quidditas. ⁊ ſic deus alio differt a cauſato q̄z modo ⁊ ſic non preciſe per illum modum contrahebatur ens ad deum vel cauſatum: ſed per aliquid aliud. Conceditur igitur eis certum modum non eſſe conceptibilē ſine eo cuius eſt modus. vt intenſio albedinis ſine albedine: non tamen conceditur deum eſſe conſtitutum aut reſolubilem. ⁊ licet in intellectu noſtro eſſet conſtitutio aut reſolutio: non tamen ponenda eſt propter hoc ex parte rei. vt duodecimo methaphyſice declarat Auerrois commento trigeſimo nono. Dicere autem ꝙ infinitas de deo ſit perfectiſſimus conceptus: quem habere poſſimus de deo qui circūloquatur nobis diuinitatem. hꝫ aliquid conſiderationis. ſed tranſeat nūc ⁊ conceditur eis ꝙ comparatur modus illi cuius eſt modus. vt independentia deo. aut vnus alteri ſimili. vt dependentia hominis dependentie leonis. aut vnus ſuo oppoſito. vt dependentie in dependentia: aut vnus deſperato. vt independentia neceſſitati. Sed non conceditur ꝙ exiſtentia eſt modus: ſed quidditatiue dicitur de entibus quemadmodum ⁊ ens. vt in principio huius operis dictum eſt. ⁊ in primo libro de elementis. ꝙ ſi dicitur exiſtentia non variat rationem formalem entis. quia idem ſortes eſt ſortes: ſiue exiſtat: ſiue non. Reſponſio negando aſſumptum. quia ſi ſortes eſt: ſortes eſt animal rationale. ⁊ ſi ſortes non eſt: ipſe non eſt animal rationale. ꝙ ſi cauſe ſunt ſortem producere potentes: tunc ſortes poteſt eſſe animal rationale. ꝙ ſi non ſunt cauſe ſortem producere potentes: vt quia ſortes tranſiuerit in preteritū. tunc ymaginabile eſt ꝙ ſortes ſit animal rōnale: non tñ poteſt eſſe tūc ꝙ ſortes ſit aīal rationale apud philoſophum. theologo autem patet via per reſurrectionem. veritas autem quaꝫ intendit arguens exprimere. eſt ꝙ cogitatiua de eodem conceptu ſortis facit aliquando propoſitionem verам ſortes eſt animal rationale: ſortes poteſt eſſe animal rationale. Similiter intellectus. Sed non vꝫ: eſt idem conceptus ſortis vtrobiqꝫ: ergo ideꝫ eſt ſortes. quia arguitur ab eſſe intentionali ad eſſe reale. quemadmodum non valet. eſt idem ſubiectum. ſ. ſortes illarum propoſitionum verarum: ergo idem eſt ſortes in re. Differentia autem indiuidualis in compoſitis ex materia ⁊ forma eſt ipſa forma. vt dixi in primo libro de elementis. ⁊ ſic differentia indiuidualis non eſt modus rei. vt modus contra rem diſtinguitur. Realitas autem. vt dicit eſſe reale contra diſtinctum ipſi eſſe intentionali: dicit modum eſſentie. loquendo autem de modo vt ſupra loquuntur philoſophi: non repugnat aliquid eſſe modum vnius: ⁊ eſſe de quidditate alterius. animatū. n. ⁊ inaīatū ſunt ſubſtātie mālis modi. ꝙ adiectiua ſūt et tamen quidditatē conſtituunt. vt animatum eſt conſtitutiuum viuentis apud intellectum. quēadmodū in re aīa eſt: quo aīatū eſt. res igiẗ quidditatiue dicitur de forma ignis in materia. ⁊ intentio dicitur de forma ignis in ſenſu: aut intellectu. ⁊ ſic diſtinctio predicamentalis non de neceſſitate concludit diſtinctionem i eſſentia aut forma: ſed bene concludit diſtinctio

E

neq; rationam aut formalem . ⁊ ſic concedit̃ ꝙ aliqui modi variant rationez formalem vt rea le ⁊ itentionalē/ſepe etiaz dictum eſt ꝙ eſſe ab hoc ⁊ eſſe in hoc ſunt modi diſtinguentes actio nem a paſſione. ⁊ ſic aliqui modi predicamenta liter diſtinguūt ⁊c/Actus aūt ⁊ potētia. ſi dicūt materiā ⁊ formā:nō ſunt modi:ſed res vna vel plures:non curo nūc. Si autez dicunt rem: que poſſit eſſe:aut ſit.potius dicunt diuerſas entis ſignificationes ꝙ̃ modos:quāuis etiam modi appellari poſſunt:cum in obliquo accipiātur. vt materia aliquādo eſt in actu reſpectu determi nate forme:aliquando vero eſt in potentia.ſimi liter forma a.aliquando poteſt eſſe in materia: aliquando nō/Utor ſepe iſta determinatione.a. vel.b.vt ſit reſtrictio termini cōmunis ad diſ/cretum:ne confuſio termini cōmunis falſificet ꝓpoſitionem.ſed hoc ex logica notū eſſe debet. /Aduerte igitur ꝙ Scotiſte ita ſtricte loquun/tur de modo ꝙ̃ nolunt album ⁊ nigrum eē mo/dos:q2 variāt rationē formalē:primam vel non primaz:licet enim circa hominē non varient ra tionē formalē primaz ⁊ ſubſtātialē.variāt tamē ſecundā ⁊ accidētalē/Sed dicendum eſt ꝙ al/bum eſt modus ſubſtantie.q2 adiectiuū eſt ⁊c. Sed reſpectu colorati ſpecies eſt. ⁊ ſic colorati variat rationē formalē reſtringendo ad deter/minatū colorē/Si aūt ſubſtātiuare ipm̄ volue ris:q2 neutrum eſt:nō erit modus : ſed ſpecies colorati.

¶ Caput.22.de diſtinctione formali.

f Ormā totius intelligunt nāz abſtra ctiue acceptā:vt humanitatē que nō format.ſed eſt ipſuz totum.intranſi/tiuē igitur dr̄ forma totius. Ego aūt in p2io li/bro de elementis declaraui ꝙ totū nō dicit ter tiā entitatē a partibus realiter diſtictam.ſic ꝙ totuz vere negatiue dicatur de partibus ſimul acceptis:imo affirmatiue de illis ꝑdicat̃ : neq; humanitas eſt cōpoſitum: neq; eius nomē eſt concretum:ſed abſtractum. Et vt mō loquendi Auerrois vtar. 12. methaphyſice cōmento.59. non eſt ſumptum.ſed principale. differentia eſt in modo loquēdi;non in re.ſumptū enim cōcre/tum dicitur.principale vero abſtractū.licet grā maticus deriuet noīa abſtractoꝝ a concretis. q2 dictiōes grāmaticus aduertit. vbi philoſophus ad res. ⁊ ſic rerū naturas ponderat. ideo huma/nitas formā dicit:qua homo eſt;neq; materiaz dicat . proportionabiliter loquor in alijs locis per igneitatem intelligens formaz:qua ignis ē: que eſt leuitas ſimpliciter. ⁊ ſic de alijs celitas forma eſt;qua celum eſt ⁊c. dixit.n. Auerrois quinto methaphyſice cōmento. 23. Cauſa qua homo exiſtit vere;eſt humanitas.ꝙ ſi dixeris dari formā:q̄ nō format: vt intelligentiā. Iſtud dictuz theologicuz eſt. Sed Ariſtoteli ⁊ Auer roi repugnans.eſſe eniz formatiuū naturaz for/me ſequitur:imo actu formare ſequitur : quod plus eſt.ſupernaturale eniz eſt animaz intelle/ctiuā ſine corpore eſſe. vt patet ex itētione Ari/ſtotelis p2io de aīa textu cōmēti.13. ⁊ ſecundo de anima textu cōmenti.26.demonſtrantis im poſſibile eſſe animā ſine corpore eſſe. quāuis ip ſa eſſet intellectus.quēadmodum enim ſuperna turale eſt albedinē ſine ſubiecto eſſe. Et tūc pa tet.q2 apud Ariſtotelem ⁊ Auerroim deus for mat orbē.ideo apud ipſos:nō dicit̃ totuz tertiā entitatem diſtinctaz a partibus ſimul,neq; ali quid nobilitatis habet forma in toto : quam non habeat extra . q2 tūc deus perficeretur.aut deo eſſet aliquid perfectius.veruz eſt tn̄ ꝙ me lius eſt deuz actuare mām̄ ꝙ̃ nō.q2 actuādo ip ſe iuſtus ē ⁊ liberalis cōmunicādo bonitatez il lis:que apta ſunt illaz bonitatē participare.

¶ Diffiniunt aliqui diſtinctionez formalez per eſſe diſtictionem extremoꝝ quorum vnum non includit alteruz in primo modo dicendi ꝑ ſe:ſʒ hec determinatio non bene intelligitur.quoni/am genus ⁊ ſpecies eius vt animal ⁊ homo. ſic ſe habent ꝙ vnum de altero predicatur in pri/mo modo dicendi per ſe. ⁊ tamē formaliter di/ſtingūtur.quomodocunq; etiam dicas. vel ho/minez ab aīali formaliter diſtingui vel econtra animal ab homine.quia diuerſarum ſunt diffi/nitionum. Niſi dicatur ꝙ homo ⁊ animal ſunt formalitates diſtincte;que tamen non formali/ter diſtinguuntur. Quod non bene ſonat. face/re enī duas res non realiter diſtīgui : aut duas formalitates non formaliter diſtingui:nō eſt ra tionabile. etiā apud Scotū. Quidā regulā dāt.

Quecunqꝫ diſtinguuntur per priora: illa formaliter diſtiguntᷓ. Et ꝑ oppoſitum quecunqꝫ diſtinguntur ſolis differentijs diuiſiuis: illa non diſtinguūtur formaliter: quia per poſteriora ē diſtinctio: non per priora: ſed contra ꝛ vtor prima regula. Sed animal ab homine diſtinguitur ꝑ priora. qꝛ aīal ſenſu eſt aīal. ꝛ homo nō ſenſu eſt homo: ſed intellectu: ergo formaliter diſtinguūtur. ꝯſequēs eſt incōueniēs: ꝛ nō niſi ratione regule aſſumpte. Rñº animal aliquo modo formaliter diſtinguitur ab homine prout animaliſ alia eſt ratio q̄ꝫ hominis: ꝛ animal aliquo modo nō formaliter diſtinguitur ab homine. puta pro quanto includitur in diffinitione hoīs. ꝛ ſic animal homini nō eſt ſimpliciter ideꝫ formaliter. neqꝫ ſimpliciter formaliter diſtinctum: ſed aliquo modo idem: ꝛ aliquo modo non. Diffiniunt alij diſtinctionē formalē per eſſe alietatē q̄dditatum non ſe quidditatiue includentium. hij nimis ſtricte loquūtur. quia modi oppoſiti: vt finitū ꝛ infinitū: formaliter differunt. ꝛ nō ſunt quidditates ꝓprie. ſimiliter ſuperius ꝛ inferius formaliter differūt. ſaltem nō mutue. quorū vtruꝫ quidditatiue icludit alterꝫ. Intelligo igitᷣ diſtinctionē modalē eē ptē diſtictiōis formalis.

¶ Eſſe igitur formaliter aliquid eſt dupliciter. aliquādo eſt eſſe illud ꝑ formā ſubſtantialeꝫ vt hō eſt formaliter: hō: aīal: viuens: corpus: ſubſtantia: ens. Aliquando vero per formam accidentalem intrinſece denominantem. vt homo formaliter eſt albus. cum albedinē in ſe habuerit potētem ipſum denominare denominatione data. Aliquando autem forma in eſſe intentionali. vt ſortes formaliter eſt videns. quia viſione formatur. ſimiliter formaliter eſt intelligēs quia intellectione formatur in actu vel in habitu non curo nunc. Et aliquando forma extrinſece denominante. vt agens formaliter eſt actione agens. quāuis actio ſit in paſſo. ꝛ conſequenter differentia per formam formaliter differūt. ꝛ iuxta iſtum modum loquendi dixi in primo libro de elementis dubio. 22. nihil eſt idem formaliter ꝛ proprie: niſi predicatum ſit ſumptum a forma. Alio modo dicitur formaliter aliquid cum eſt illud per eius formalitatem. propria autem rei formalitas altero duorum modorum accipienda eſt. primo modo accipienda eſt ꝑ proprium abſtractum. vt materia materialitas. forma formalitas. homo humanitas: infinitum infinitas: exiſtens exiſtentia: modus modalitas: quid quidditas: ꝛ ſic formalitas eſt communis materie forme ꝛ compoſito. quidditati ꝛ modo ſubſtantie ꝛ accidenti. quāuis etiā nomen fictū eſſet. vt chymera: ſiue nomen ſit poſitiuum: ſiue priuatiuū. ꝛ ſic priuatio propriā formalitateꝫ habebit. ꝛ ſic Ariſtoteles p̄io phyſicorꝫ textu cōmenti. 67. epilogādo de numero principiorum dixit. ſunt quodā modo duo: ꝛ quodā modo tria. quia duo ſunt principia per ſe reruꝫ naturalium. ſcilicet materia ꝛ forma. Si autē diſtiguitur priuatio: que eſt principium per accidens: a materia: ſic ſunt tria. priuatio igitur formaliter differt a materia. Correlarium licet entitas eſſet omnium quiditas: ſiue ſint modi: ſiue paſſiones: ſiue vltime differentie: non tamē entitas eſſet propria formalitas oīum. quia non omniuꝫ ipſa eſt proprium abſtractū: ſed entis tātuꝫ. ꝛ hoc modo quecunqꝫ proprijs abſtractis differunt: illa formaliter differunt proprie. Secundo modo per propriaꝫ rei diffinitionē. diffinitio enim conuertitᷣ cū diffinito. ideo propria ei dicitur. ꝛ hoc modo proprijs diffinitionibus differentia ꝓprie formaliter differunt. ad diffinitionē autem deſcriptio reduci poteſt. Formalitas auteꝫ rei non propria accipienda eſt pro oī diſpoſitiuo rei: ſiue ſubſtantiali: ſiue accidentali: ſiue poſitiuo: ſiue priuatiuo ꝛc. ratione aūt iſtoruꝫ duoruꝫ ſcilicet diſponētis ꝛ diſpoſiti duplices dantur predicationes formales: ꝛ identice formales vere ſunt propter identitateꝫ diſpoſitionis. Identice vero propter identitateꝫ diſpoſiti. dicit Frāciſcus tertiū modū. ſ. ꝑ ꝯcomitātiā. vt generatio vnius eſt corruptio alterius cōcomitāter: ſed iſtud nō cōcedit. imo generatio eſt corruptio diuerſimode. qꝛ generatio termini ad quē ē corruptio termini a quo. ꝛ ſic illa eſt idētice vera: nō autē cōcomitāter: nō. n. ꝑꝑ hoc ꝙ generationē comitaretᷣ corruptio: cōcedendū eſſet generationē eſſe corruptionē. Iſtud. n. eſſet ꝯcedere oīa accidētia. eſſe ſubām. qꝛ illā concomitātur accn̄a. formales duplices: eſſentiales: denominatiue. eēntiales ſunt tripliciter ſecundum ꝙ predicatum dicit quid: vel quale: vel aggregatum vt diffinitio de diffinito: vel partium eius. denominatiue ſunt quadrupliciter. primo cum predicatur differentia vel modus

de cõtrahibili vt animal eſt rationale.ens ē fi
nitum.ſecundo cum predicatur paſſio de ſubie
cto.vt riſibile de homine.tertio cum predica/
tur cauſatum de cauſa formali . exemplificant
hic.homo eſt nigredine niger.homo calore ca/
lefacit.Sed dicendum eſt ꝙ ille ablatiuus eſt
ratio inherentie predicati ad ſubiectum:nõ au
tem ſubiectum eſt.ſed ſubiectũ ibi eſt quod diſ
ponitur per cauſam.vt inde oriatur cauſatum.
bene igitur loquantur.⁊ dicant predicatur cau
ſatũ de ſubiecto diſpoſito per cauſam . quarto
cum predicatur accidens de ſubiecto . ⁊ ſic no/
uem modis ſecundum ꝙ nouem ſunt genera ac
cidentium.Sed recorderis aliquod accidentiũ.
aliquando eſt predicatum p ſe de certa ſubſtan
tia vt predixi.Recorderis etiam etherogenei
tatis denominationum relationum.q2 quedam
nominat fundamentum ſubiectum ⁊ ſuppoſitũ
vt ſimilitudo.q2 albedo eſt ſimilis;corpus ſimi
le;ſortes ſimilis.Quedam nominat fundamen
tum:non autē ſubiectũ neqꝫ ſuppoſitum.vt in/
herentia.quia accidens inheret:non aũt corpus
neqꝫ ſortes.Quedam nominat fundamentuꝫ:
ſubiectum;nõ ſuppoſitũ.vt theologizando crea
tio paſſiua anime chriſti benedicti . quia anima
creata.⁊ homo ſaltem.ſecundum intellectum.
ſed non ſuppoſitũ.quia illud eſt diuinum. Que
dam vero nominat ſuppoſitum preciſe.vt pater
nitas.quia ſortes eſt pater.non autem anima:
neqꝫ potentia generatiua pater eſt.

¶ Non te pretereat etiam certam predicatio/
nem ſecundum curſum nature eſſe accidentium
de ſubſtantia:⁊ non econtra . attributio autem
accidentis ad accidens non eſt eſſentialis. iuxta
Ariſtotelem ⁊ Auerroim quarto methaphyſi/
ce textu cõmenti.14.Identicam autem propo
ſitionem diffiniunt eſſe:quando vnum extremũ
propoſitionis propter infinitatem eſt idem alte
ri:non autem quia vnum extremum de altero
formaliter dicatur.Infinitatem auteꝫ duobus
modis eſſe dicit theologus.poſitiuam.ſ.⁊ per/
miſſiuam propter poſitiuam infinitatem verifi
catur hec deus eſt bonitas.propter vero permiſ
ſiuam verificantur iſte.vt ens eſt bonitas:⁊ hu
manitas ⁊ entitas . tranſcendentia enim licet
non actualiter ſint infinita : permittunt tamen
infinitatem ſecum.eſt tamen differentia in pre/
dicando abſtracta de abſtractis:aut concreta de
concretis: ⁊ abſtracta de concretis:aut concreta
de abſtractis.Theologi enim concedunt diui/
nitatem eſſe generationem : ſed non generare.
Et dant regulam.Quando ſubiectum eſt vlti/
mate abſtractum:nihil predicatur de eo:niſi for
maliter vel identice ratione infinitatis : qua
infinitate remota predicatio non eſt vera;niſi ip
ſa ſit primi modi dicendi per ſe.

¶ Sꝫ hic multa conſideranda ſunt.primo quia
diffinitum.ſcilicet predicatio identica a philo/
ſophis conceditur;a quibus infinitas negatur.
ergo declaratio non ſufficiens.confirmatur quã
do ſunt alique ꝓpõnes vere ēt remota aliqua
cã veritatis ear:illa cã veritatis nõ eſt ꝓpria ⁊
adequata cã illius.⁊ ſic nõ ē diffinitio.quia dif/
finitio adequata ⁊ conuertibilis eſt.ſed philoſo
phi propoſitiones in littera enumeratas conce
dunt eſſe veras identice:⁊ tamen vtrãqꝫ infini
tatem negant.⁊ poſitiuam:qua ſit aliquid actu
infinitum.⁊ permiſſiuam qua aliquid infinita/
tem in actu ſecum permittat : quemadmodum
magis cõmune permittit ſecum minus cõmu/
ne:ſiue ſit modus: ſiue differentia ; ſiue ſpecia
le ⁊c.per philoſophos Ariſtotelem ⁊ Auerro/
im intelligo.Auicenna enim quãuis conceſſerit
deum eſſe infinitum . non tamen philoſophus
eſt.ſed medius eſt inter perypateticos.⁊ loquē
tes ſecundum legem maumetti.iſte igitur pro
poſitiones;deus eſt bonitas:ens ē bonitas:hu/
manitas eſt entitas nõ debent dici vere propter
infinitatem.q2 adhuc remota infinitate ; tam
permiſſiua ꝙ̃ poſitiua;ad huc conceduntur.Cõ
firmatur etiam apud theologos cõceditur hec
eē idētice vera pr̄nitas eſt filiatio.q2 vtrũqꝫ ex
tremum eſt idem deo.aut eſſentie diuine. licet
formaliter non ſit vera;⁊ tamen neutruꝫ extre
morum illius propoſitionis eſt infinitum for/
maliter;neqꝫ permiſſiue;ſed bene identice ⁊ ra
tione fundamenti.Dixi tamen infra ꝙ medi/
um ligans extrema non eſt hoc aliquid incom/
municabile.Identica igitur apud philoſophoſ
intelligenda eſt ꝓpoſitio vera ex identitate diſ
poſiti.non diſpoſitionis.vt predixi.de falſis enĩ
propoſitionibus non eſt cura.neqꝫ de illis;quaſ
identicas vocãt ex ſigno.vt homo eſt idem cur
renti.Sed trãſcēdētia ꝓp ambitũ ſuũ a qbus
nihil fugit:ſũt aliq̃s ꝓpõneſ reddētia veras.vt
humanitas ē ens.nõ aũt ex infinitate ꝑmiſſiua

reſpectu autem dei: quãuis infiniti: non magis habemus identicas propoſitiones q̃ꝫ reſpectu aliorum que non infinita ſunt: vt domus eſt lapides ⁊ ligna: q: hec eſt illa: non tamen quomodocunqꝫ diſpoſita: ſed ſub certo ordine ⁊ certa cõpoſitione. neqꝫ curãda eſt finitas aut infinitas: non enim hec vere ſunt: chymera eſt ens: deus eſt lapis. ⁊ tamen vnius extremum dicit ꝑmiſſiue infinitũ: alterius vero poſitiue. dicerent iſti ꝙ veritas ꝓpoſitiõnis preſupponitur. de hinc queritur. an ꝓpoſitio ſit vera formaliter vel identice ⁊c. pro regula aũt: quã dãt aduertẽda eſt hec. humanitas eſt deitas que videtur falſa: nõ obſtãte extremi poſitiua infinitate. Aduerte etiã ꝙ vltimate abſtractum intelligo: quñ eſt abſtractio: quia nõ eſt dabilis vlterior abſtractio. ⁊ qa ſtante tali abſtractione: nõ eſt via verificandi illã propoſitionẽ: niſi ex incluſione qdditatiua vnius in altero. iõ ⁊c. ſit aũt abſtractio in ſubſtãtia a ſuppoſito. vt ſpẽi ab indiuiduo: generis a ſpecie ⁊ datur abſtractio ſuperioris ab inferiori. ⁊ ſic magis cõis a minus cõmuni. ſimiliter diuiſi a diuidente. q: ſuperiora cõcernũtur ab inferioribus. Et eſt abſtractio ſubiecti ab accidẽte. Nõ põt aũt abſtrahi inferius a ſuperiori. q: implicatur contradictio ponere inferius: ⁊ nõ ponere ſuperius. Sed econtra fit abſtractio. q: nõ ĩpꝫ poſito magis cõmuni ponere minus cõmune. q: ſuperiora nõ actu cõtinẽt inferiora. ſed poteſtate. ſpẽs differẽtiã cõcernit. ideo differẽtiã a ſpecie abſcindere poſſumus. nõ aũt ſpẽm a differentia. ⁊ quãuis cõfuſe concipiatur ſpẽs non concepta differentia: non tamẽ preſcinditur ſpẽs a differentia: q: implicite comprehẽſa eſt differẽtia in ſpecie. In accidentibus aũt abſolutis fit abſtractio a ſubiecto vt albedo: ⁊ aliquãdo a ſuppoſito. vt eſſentia albedinis ab hac albedine. In reſpectiuis autem: a ſuppoſito: a ſubiecto. ⁊ a fundamento fieri poteſt abſtractio quia accidẽs cõcernitur in ſubiecto: ⁊ reſpectus in fundamento. paternitas enĩ abſtrahit a ſubiecto puta ab hoĩe. ſed nõ a ſuppoſito. puta ab hac paternitate. ratio autem pñitatis abſtrahit a ſubiecto ⁊ a ſuppoſito. Cauſans enim eſt ignis calefaciens potentia cauſandi non eſt ignis: ſed calor. Cauſalitas autem non eſt ignis: neqꝫ calor formaliter. licet identice cauſalitas hic eſſet calor. loquor de igne vt calefacit: non autem vt ignis.

Et aduerte aliquam eſſe abſtractionem mutuam. ſic ꝙ quemadmodum vnum extremum abſtrahitur ab altero. ita econtra aliud abſtrahitur: vt abſtractio accidentis a ſubiecto. quia ſubiectum ab accidente etiam abſtrahi poteſt: reſpectus a fundamento abſtrahitur ⁊ fundamentum a reſpectu. Aliquam vero eſſe abſtractionem non mutuam. vt abſtractio relationis a ſuppoſito eius. ſuppoſitum enim a relatione preſcindi non poteſt. etiam punctum a linea preſcindi poteſt. quia principium a principiato preſcinditur. Lineam autem a punctis preſcidere nõ ẽ poſſibile ꝯ ſcotiſtas. q: poneret principiatuꝫ ſine ſuo principio intrinſeco. preſcindit tamen mathematicus punctum a linea quamuis hoc in natura eſſe non poſſit. ideo Auerrois ſexto phyſicorum cõmento ſecundo non poteſt punctum eſſe ſine linea. Et ideo diſtinxit Auerrois tertio methaphyſice commento octauo cõtactum mathematicum a naturali dicens geometer demonſtrat ꝙ linea recta non tangit circulꝫ ĩ pũcto: ſed linea ſenſibilis non tangit circulum ſenſibilem niſi in linea. Et ſimiliter ſpera tangit ſuperficiem in puncto: ſed ſpera ſenſibilis non tangit ſuperficiem ſenſibilem niſi in ſuperficie. Non abſtrahibilia autẽ ab inuicem ſunt vt correlatiua. lꝫ enim vnum non ſit de propria quidditate alterius. Eſt tamen de eius diffinitione vt dixit philoſophus ſexto topicorꝫ capite quinto. Et ea eſſe ſimul nã dixit ꝑhiloſophus in predicamentis.

¶ Utrum predicatio ſpeciei de genere ſit per ſe. quod ſic videtur. quia reducitur ad primum modum dicendi per ſe conuertendo eam. Secundo quia predicatuꝫ eſt idem formaliter ſubiecto. probatur per Scotuꝫ voco idẽ formaliter alicui: quando quod eſt ſic idem: includit illud cui eſt ideꝫ in ſua ratione formali. ⁊ ſic inferius eſt idem formaliter ſuperiori: ⁊ non econtra. ſic ꝙ ſuperius non eſt idem formaliter inferiori: neqꝫ differentia ſpeciei. Tertio quia illa eſt in mã nãli. Rñ° tales ꝓpõnes non ſunt per ſe. quia propoſitio per ſe nõ conuertitur. Ariſtoteles primo poſteriorum. vt homo eſt animal. ⁊ non intelligitur illam non eſſe ſimpliciter conuertibilem: ſed intelligitur ꝙ conuerſa exiſtente primi modi dicendi per ſe: conuertere illam non eſt primi modi. Secundo quia per ſe

p:imi modi ꝓpoſitiones ſūt de omni.p:imo po
ſterio:um:qualis nõ eſt illa. Tertio q: illa non
eſt p̄dicatio ſm naturã p:io poſterio:um ⁊ col
ligi põt ex Auerroe.6°.phyſicoꝝ cõ.15. motum
eſt velocius mobile p ſe:ſed p accidẽs eſt ĩpoſſi
bile.puta motũ celeſte:nõ intellige ꝙ per ſe at
tributũ ſuperio:i per accidẽs attribuatur ĩferio
ri. Sed ꝙ nõ repugnãs rationi fo:mali cõio:is
rõni fo:mali minus cõmunis,repugnat.

Ad p:imum dictum eſt ꝓpões cõuerti:ſed
nõ in ꝓpões per ſe:neq; reductiones ad p:imũ
modũ dõi p ſe a paulo veneto poſite admittũt.

Ad ſcđm dz litera dicere.qñ id cui eſt idẽ
ĩcludit illud in ſua rõne fo:mali.⁊ ſic diffinitio
eſt idẽ fo:maliter diffinito:⁊ nõ ecõtra ſuperi/
us eſt idẽ fo:maliter inferio:i.⁊ nõ ecõtra. Dif/
ferẽtia eſt idẽ fo:maliter ſpẽi.⁊ nõ ecõtra.ratio
enim aĩalis non ĩcludit hoĩem:ſed ratio homi/
nis ĩcludit aĩal. Nullũ aũt ſubiectũ eſt idẽ fo:/
maliter accidẽti.licet accidens ĩcludat ſubiectũ
in ſua diffõne data p additamentũ.⁊ ea que ex
iſtis inferio:ibus collecta ſunt ⁊ dimiſſa imper
fectione deo attributa:inter ſe ⁊ ab eſſentia fo:
maliter differunt. Cõtra oĩs hõ fo:maliter eſt
aĩal.oĩs hõ fo:maliter ẽ rõnalis:ergo rõnale fo:
maliter eſt aĩal.ꝯñs falſu;.dixit.n.Ariſtoteles
6°.topicoꝝ capite.8.Si ſecũdum vnamquãq;
differẽtiã aĩal p:edicatur:multa aĩalia de ſpecie
p̄dicatur.nam differẽtie de ſpẽ p:edicatur. Rñ°
ꝯñã nõ v;. Similiter nõ v; nulla diuinitas fo:
maliter differt a diuinitate . paternitas eſt di/
uinitas.ergo paternitas nõ fo:maliter differt a
diuinitate.ꝙ ſi ĩtelligit̃ maio: de omni vel de
nullo.ſ.nihil quod eſt diuinitas fo:maliter ⁊c.
tunc negatur maio:.

An deo attributa ꝓp:iã habeant infinitatẽ.
Rñ° qõ apud philoſophos p̄ſupponit que negãt
ſc; ĩfinitatem dei:infinitatẽ attributoꝝ.vt dixi
in libro de intelligentijs. Sed apud theologos
ſuppoſita p̄ſupponuntur:⁊ negatiue ſoluitur
queſtio.q: tantũ eſt vnum pelagus:quo oĩa que
ſunt in eo:infinita ſunt.

An iſta ſit p ſe: hõ albus eſt hõ albus. Rñ°
ꝙ non.q: de rõne ĩ ſe falſa nihil p:edicat̃. vt de
hoĩe irrõnali.5°.methaphyſice cõ.34.capite de
falſo.ſtat aũt illã rõnẽ eſſe in ſe falſam.q: ſtat nõ
in eſſe albedinẽ homini.nõ intelligo in ſe falſũ.
ꝙ nõ ſit verificabile:ſed qõ falſitatẽ includit ĩ
connexione terminoꝝ incõplexo:um. Secun
do de ente p accñs nihil per ſe p:edicatur. Ter/
tio de cõtingẽti nihil neceſſario p̄dicatur.ſed il/
la eſt cõtingẽs.quoniã ſeqtur hõ albus ẽ homo
albus:ergo hõ eſt albus.a toto ad parte;. vel a
parte ad totũ.nõ curo.ſi.n.dictionũ aggregatio/
nẽ conſideras:eſt a toto ad parte;. Si vero ter/
minoꝝ cõmunitatẽ:eſt a minus cõmuni ad ma/
gis cõe.tũc cõſequẽs eſt cõtingẽs : ergo añs non
eſt neceſſariu;:neq; p ſe.ꝙ ſi arguit̃ p:edicatur
idẽ de ſe:ergo vera:ergo neceſſaria.negat̃ vtra
q; cõſequẽtia.cõcedo tamen ꝙ in ĩtellectu hoĩs
albi ĩcludit̃ albũ:⁊ includit̃ hõ.iuxta Ariſtote/
lẽ.5°.methaphyſice textu cõmenti.16.

Quot aũt modis diſtinctio fo:malis inueſti
gatur. Rñ° qnq; modis vel ſex.p:imo vnũ nõ
eſt de ꝯceptu alterius.vt hõ ⁊ equus:vt vnum
p:edicamẽtũ reſpectu alterius p:edicamẽti.dif
ferẽtia reſpectu diuiſi:differentie diuidentes in
ter ſe:paſſiones reſpectu ſubiecti.nõ.n.ſe qddita
tiue includũt vna alterã neq; paſſio ſubiectu;.
neq; ecõtra. Si.n.diffinitur paſſio p ſubiectu;.
tũc diffinitio eſt p additamẽtũ. Secundus mo
dus.q: diuerſaꝝ ſunt diffinitionũ. Cõtra ſequit̃
ſuperius nõ eſſe idem fo:maliter ĩferio:i : neq;
ecõtra.q: hoꝝ diuerſe ſunt diffinitiones.poſſet
dici ꝙ diffinitiones nõ ſic diuerſe ſunt qn vna
ĩcludat alterã.quẽadmodũ diffinita ſe includũt
ſic ꝙ ſuperius clauditur in ĩferio:i.cõcedo igit̃
vt p:edixi ſuperius eſſe aliquo modo idem fo:
maliter ĩferio:i.q: includit̃ in diffõne eius. ⁊ eſ
ſe aliquo modo nõ idẽ fo:maliter illi.q: diuer/
ſe eſt diffõnis ab eo. Tertius modus q: diuer/
ſaꝝ ſunt deſcriptionũ. Satis faciliter reducere
tur tertius ad ſecũdu; modũ. Quartus modus
q: aliquid eſt demoſtrabile de vno:⁊ nõ de alte
ro. Quintus modus.q: reduplicabile eſt aliqd
de vno:⁊ nõ de altero. Sextus modus.q: ſub
oppoſitis diuidẽtibus cadũt.vt hõ ⁊ lapis.quo
rũ vnũ ſub aiato:reliquũ ſub inanimato cõtinet̃.
Co:relarie ſeqtur ꝙ diſtinctio fo:malis non eſt
totaliter ex natura rei diſtinctoꝝ.q: ratio demo
ſtrationis:diffõnis : reduplicationis eſt eo:um
que apud ĩtellectũ ſunt:diſtinctio.⁊ licet ſcotus
hoc negare poſſet de diffinitione:non tamen de
demoſtratione:aut reduplicatione.

Utrũ ꝯcretũ ⁊ abſtractũ fo:maliter differãt.
Rñ° Scoti ꝙ nõ:ſed ſolũ ratione : ꝙ ſi homo

non eſt humanitas: nõ eſt qꝛ extrema differant:
ſed propter modos ſignificãdi cõcreti ⁊ abſtra/
cti repugnãtes. Rñ° aũt Auerrois eſt ꝙ ſic. qꝛ
humanitas eſt intellectus hoīs: intellectus aũt
nõ eſt hõ: niſi quodã modo. ⁊ differũt ſicut totũ
⁊ ps. ⁊ ſic ex natura rei differũt. Secũdo qꝛ hõ
currit: hũanitas nõ currit: ergo humanitas non
eſt hõ. ꝓportionabiliter ſicut de priuatione et
priuari loquit̃ Ariſtoteles in poſt p̃dicamẽtis.
Ariſtoteles etiã. x. methaphyſice textu cõ. 4.
videt̃ diſtinguere inter cõcretum et abſtractuꝫ
dicẽs vnitatẽ non menſurare: ſed vnũ. Theolo/
gi tñ datam ↄ̃ñam negãt: eſſentia diuina nõ ge/
nerat: deus vel pater generat: ergo diuina eſſen
tia nõ eſt deus vel pater. qꝛ maior de nullo ne/
gat̃. ſ. nihil qđ eſt eſſentia generat. ꝙ ſi philoſo
phus neget ↄ̃ñam. qꝛ ex particularibus nihil ſe
quit̃. faciliter reducetur ↄ̃ña ad terminos ſingu
lares. ⁊ erit ſyllogiſmus reſolutorius. Sed tũc
oportet aduertere ad denominata per opus an
ſuppoſitum an forma an vtrũqꝫ ⁊c.
¶ Utrum humanitas ſit animalitas. ꝙ ſic. qꝛ
illa predicatio eſt in materia naturali. Secũdo
qꝛ hõ eſt animal. ergo humanitas eſt animali/
tas pꝫ ↄ̃ña a cõcretis ad abſtracta. vbi eſt predi
catio primi modi dicẽdi ꝑ ſe. Rñ° Scoti ⁊ ſan
cti Thome eſt ꝙ nõ. qꝛ natura animalis nõ eſt
natura hoīs. ⁊ tunc pꝫ error eoꝝ. qꝛ licet natura
hoīs nõ ſit natura cuiuſcũqꝫ animalis eſt tamẽ
natura alicuius animalis. ⁊ ſic humanitas ẽ ani
malitas quedam. ⁊ preſertim apud eos. qꝛ con/
cedunt ꝙ intellectu homo eſt hõ ⁊ hõ eſt aĩal
ẽt itellectu. ergo forma ⁊ nã hominiſ ẽ forma ⁊
natura certi dati aĩalis. etiã loquẽdo de quiddi
tate conſtituta. qꝛ cũ principia intrinſece conſti/
tutiua ſunt eadem: ẽt conſtitutum eſt idem.
Rñ° autem Auerrois eſt ꝙ ſic. qꝛ humanitas
eſt forma: qua homo eſt homo: ⁊ animalitas ẽ
forma: qua animal eſt animal. ⁊ eodẽ principio
quo aliquid reponitur in ſpecie: reponitur in ge
nere. contra intellectus nõ eſt principium ſentiẽ
di: ergo intellectus non eſt quo animal eſt ani/
mal. intellectus poſſibilis aũt eſt principiũ intel
ligendi hominis. ⁊ eſſendi eius. ergo nõ eodem
principio homo eſt homo ⁊ animal. ⁊ vnũ acci/
pit̃ a ſenſu: reliquũ non. Rñ° animal equiuocuꝫ
eſt ad aĩal intellectu ⁊ ſenſu. ⁊ ſic ab eodem pri
cipio ſumitur genus ⁊ ſpecies: vt libro ſecundo
de elementis declaraui.
¶ Iſta diſtinctione formali vſus ſum in glo/
ſis marginis in libro de itelligentijs quolibeto
tertio. itellectus eſt vnus: formabilia vero mul
ta. i. apta intellectu formari. qꝛ ibi eſt vnum for
maliter. ſ. vna forma: ⁊ multa mãliter. i. multa
corpora formabilia itellectu. Dixi ẽt in libro de
vniuerſalibus. diuerſaꝝ potentiaꝝ obiecta for/
maliter diſtinguũtur contra Scotiſtas cõcedẽn
tes itellectũ noſtrũ habere idẽ obiectũ mãliter
⁊ formaliter cũ voluntate puta ens. hoc autem
Ariſtoteli nõ conſonat ponenti actum pro obie
cto intellectus ⁊ bonũ pro obiecto voluntatis
ſeu appetitus. vt. 2°. phyſicoꝝ ⁊. 3°. de aĩa colli
gi poteſt: ⁊ primo ethycoꝝ ⁊c.

¶ Caput. 25. de diſtinctione reali.

D Iſtingunt rem eſſentie ⁊ rem exiſtẽ
tie. ſed non exꝫ. qꝛ non differunt niſi
noĩe. ſed ſubſiſtẽtia eſt mixtus cõmu
nis q̃ꝫ eſſentia vel exñа. qꝛ ſolum ſubſtãtia ſub/
ſiſtit. ⁊ tñ accñа exiſtunt: ⁊ nõ ſubſiſtunt. ponũt
regulã. Eadẽ realiter ſunt que abinuicem ſepa
rari non poſſunt. diſtincta vero realiter quoꝝ
vnum ſine altero exiſtere põt: etiam per potẽ/
tiã diuinã vt efficiens ⁊ effectũ. qꝛ nihil efficit
ſe. ⁊ producẽs ⁊ productum. qꝛ nihil ꝓducit ſe.
generans ⁊ genitum. qꝛ nihil generat ſe. ⁊ pꝫ ꝙ
deductio eſt icõpleta. qꝛ debent probare ſepa/
bilitatẽ effecti ab efficiẽte. geniti ⁊ generantis:
ꝓducti ⁊ producẽtis ⁊c. neqꝫ ſufficit dicere ꝙ
vnũ nõ eſt alter. Diſtinctio igitur realis eſt re
rum diſtĩctio. Illa ſunt res quoꝝ vnũ ſine alte/
ro exiſtere poteſt. Correlarium differt non idẽ
titas a diſtinctione. ideo non identitas realis
differt a diſtinctione reali. quia tu ⁊ chyme/
ra non eſtis idẽ realiter: et tñ nõ differtis rea
liter. qꝛ chymera nõ eſt res. dixit. n. Ariſtoteleſ
7°. phyſicoꝝ textu cõmenti. 31. aut diro rõ idẽ.
Intelligẽs non idẽtitatẽ eẽ ampliorem alteri/
tate. iõ neqꝫ tu differs re ab hoĩe generando. ⁊
ↄ̃ñter duo idiuidua poſſibilia exiſtere: que non
exiſtunt: nõ differunt re. Tertium correlariuꝫ.
ſubiectum ⁊ ꝓpria paſſio ſunt idem realiter. ⁊
cõſequenter celum ⁊ eius quãtitas: lumen: mo
tus: figura ſunt ideꝫ realiter. apud philoſophũ:
lꝫ non apud theologum. Correlariũ quartum.
omnes differentie eſſentiales ſunt idem reali/
ter illis quoꝝ ſunt differentie. Similiter mo

di intrinſeci.ſimiliter ſuperius ꝛ inferius.Sed
hoc apud philoſophos non conceditur. dicente
formas rerū eſſe dīas.ſed Scotus intelligit dif
ferentias concreta' genus formaliter diuidētia
vt aiatum ꝛc.Correlarium quintū.negationeſ
inter ſe ꝛ priuatiōes inter ſe:ꝛ negationes a pri
uationibus: aut econtra:non realiter diſtingun
tur.Ubi recordare diuerſitatis theologorum a
philoſophis concedentiū accidentia ſine ſubie-
ctis exiſtere poſſe.ꝛ ſic inter illa cadit realis di
ſtinctio.Dicit aūt philoſophus.nullū accidens
a ſubſtātia ei ſubiecta realiter diſtinguitur.non
enim ſeparari poſſunt: vt dixit Ariſtoteles pri-
mo phyſicorum textu cōmenti.14.Et Auerro-
is.4.phyſicoꝝ cō.32.ꝛ ſubdit iſta diſpoſitio.ſ.
nō poſſe ſeparari eſt diuꝫ formaꝝ:q̄ exiſtūt in ſub
iecto.Recordare ſecūdo diuerſitatis iter Tho
mā ꝛ Scotum.qꝛ vult ſcotus mām exiſtere
poſſe p potētiam diuinaꝫ ſine forma.ꝛ ſic mā ꝛ
forma realiter diſtinguūt.Uult autem ſanctus
Thomas oppoſitum. Auerrois aūt opinio in
hoc ē opinio ſancti Thome.Nota tertio ꝙ cū
cōpoſitum corrumpit.ꝛ forma eius deſinit eſſe:
non eſt ſepatio de qua eſt ſmo nunc.qꝛ in ſepa-
tiōe ꝑ̄ꝛie opꝫ vtrūqꝫ eſſe. arguit.n.Auerrois
4°.phyſicoꝝ cōmēto.18.corrūpit locus:ergo nō
ſepatur a locato.vbi Scotus non ſic ſtringeret
faciat enim deus de forma quidq̄d vult aut fa-
cere poſſit:remanēte mā prima nō formata:ha
betur realis diſtin.tio materie a forma:cū vtrū
qꝫ eſt:ex eoꝝ ſepabilitate vel ſepatione: ꝛ non
identitas eoꝝ:cū vnū illoꝝ nō eſt.

¶ Iſte modus declarandi realem diſtinctio-
nē aliqua declaratione indiget quid.ſ.p ſepabi
litatem intelligat.qꝛ corruptio nō ſatis ampla
eſt.ideo arguo contra ipſuꝫ.primo quia duo cor
relatiua ſeparari in eſſe non poſſunt.qꝛ vnum ſi
ne altero eſſe non poteſt:ꝛ tamen realiter diſtin
guntur.Secundo theologus ponit relationes i
diuinis realiter diſtinctas.ſimiliter ꝛ pſonas:
ꝛ tū eas ab inuicem ponit eſſe inſeparabiles.ꝙ
ſi dicas.medium eſt hoc aliquid. cui extrema
ſunt idem.ſ.diuinitas.ergo neceſſe eſt extrema
ſcꝫ perſonas inter ſe:ꝛ relationes inter ſe coniū
gi.patet cōſequentia ex regula Ariſtotelis pri
mo priorū. Rñ° licet diuinitas ſit ſingulare:nō
ſatis eſt.ſed oportet ꝙ medium ſit icōmunica-
bile.ad hoc vt proprie ſit aliquid hoc.ꝛ ſic theo
logus diuinitatem multis perſonis cōmunica-
bilem ponit.quod non ponit philoſophus. verꝫ
theologus diſtiguere poteſt. Duplex realitas
ſcꝫ exiſtētie ꝛ ſubſiſtētie:ꝛ tunc diuine pſone
non realiter diſtinguunt realitate exiſtentie:
ſed bene ſubſiſtentie. Rñ° ſi coexiſtentia re-
latiuoꝝ eſſet cauſa iſepabilitatis eoꝝ:et antece
dentia vt cauſe intrinſece: aut abſolute ipſius
cauſe:erit cauſa inſepabilitatis cauſati a cauſa
eſſentiali.ꝛ ſic totum non realiter differt a par-
te:neqꝫ apud philoſophos aliquod inferiorum
realiter differet a celo:neqꝫ aliquod accidēs rea
liter differet a ſubſtantia.Similiter ſubſequē-
tia naturalis: vt luminis ad lucem eſſet ſuffici-
ens cauſa vt lumen luci eſſet idem realiter.vi-
det igr̄ ſepationem vnioni eſſe oppoſitam.ꝛ ſic.
licet deus ꝛ cauſata ſic ſe habeant ꝙ cauſata eſ
ſe non poſſint ſine deo:tū aliqua cauſata nō ſunt
deo vnita.ꝛ ſic realiter diſtincta eſſe poſſunt ab
eo.ideo alius modus dicendi apertius ſepabi-
litatē declarat p veram negationem vnius de
altero.quoniā ſi deus eſt imenſus:non bene pa-
tet ſepatio cauſati a deo ꝛ ſepatio ſecundum lo
cuꝫ nimis ē anguſta.quia non omnia locabilia
ſunt.neqꝫ ſepatio in exiſtentia.ſ.vnū ſit:ꝛ nō al
terū.qꝛ neqꝫ oīa ſunt contingentia.

¶ Aliquantulum latior ē alius modus diſtin-
ctionis realis.ꝛ ē vbi vnum de altero vere ne-
gatiue predicat.nō curando de ſepabilitate aut
inſepabilitate.ꝛ tunc cōſequenter mā ꝛ forma
realiter dr̄nt:ſubiectum ꝛ aliqua ꝓpria paſſio:
vt quantitas:lumen:ab aiali celeſti cuius ſunt.
Iſto modo loquendi vſum ſum.in primo libro
de elementis dū conceſſi inter ptes eſſentiales
cōpoſiti eſſe diſtinctionē in re:que tamen ſunt
multa in potētia:ꝛ nō ſunt multa in actu.Et dū
conceſſi ꝙ quātitas realiter differt a ſubſtan-
tia.Et in libro de itelligentijs cōmento primo.
Et i pmo de elemētis qōne.x.dicens.tunc dua-
bus cognitionibus realiter diſtinctis ſecunda ſe
cognoſceret.ꝛ ſic pria itelligentia ꝛ ſecunda rea
liter dr̄nt.q̄uis ſepabiles n̄ ſūt apud philoſophū
ſed nō ſic apud theologum.qꝛ lucifer deum non
videt ituitiue:quē alias vidit. Iſtam diſtictio
nem itelligunt Ariſtoteles ꝛ Auerrois inueni
ri ab intellectu.8.methaphyſice textu ꝛ cōmē-
to octauo cum habet pro inconuenienti ꝙ ani-
ma ſit homo.

¶Quot autem modis diſtinctio realis vena/
ri poteſt. Dicunt ꝙ quattuoꝛ. Pꝛimus vnum
generatur altero non generato. Iſtá regulá nõ
ſeruo: qꝛ ſoꝛtes incipit eſſe pater. qñ ipſe nõ inci
pit eſſe. ſimiliter ſoꝛtes incipit eſſe qñ ipſe nõ in
cipit eſſe pater. ꝛ tamẽ hic pater ꝛ ſoꝛtes ſunt ea
dem res. qꝛ de ſe inuicem vere ꝛ affirmatiue p̄
dicátur. ſ. ſoꝛtes eſt pater. vt ſuppono. Aduerte
ꝙ licet concedá ſoꝛtem eſſe patrem. nõ tñ ſoꝛtẽ
eſſe paternitatem concedo. Sed minus malus
modus arguendi eſſet: diuerſis generationibus
generantur: ergo differunt re. ꝛ tunc aduertẽda
eſt differentia compoſiti a materia ꝛ foꝛma. qꝛ
cõpoſitum vere coꝛrũpit̃ aut generat̃: ſed mate
ria aut foꝛma nõ. Ego aũt hanc ꝯñam nego pro/
poꝛtionabiliter ad preexiſtẽtem. ſimiliter aduer
tendum an' de generatione ſimpliciter aut ſecũ/
dum quid ſit ſermo. Oppoſitum tñ modũ argu
endi concedo. ſ. ſunt ſimpliciter eadem: ergo cũ
generabilia fuerint. generationes eoꝝ ꝛ coꝛru/
ptiones ſunt eedem. Dixit enim Ariſtoteles
7°. topicoꝛum capite pꝛimo. Quecunqꝫ ſimpli/
citer eadẽ: ꝛ generationes ꝛ coꝛruptiones eedẽ.
ꝛ effectio ꝛ coꝛruptio. ſimiliter aũt eadem ſunt
quecunqꝫ ſubiecto ꝛ ratione ſunt eadem vt di
xi ſupra capite. 18. determinate tamẽ textus Ari
ſtotelis intelligendus eſt. ſ. de generabilibus.
non. n. vꝫ abſolute: ſunt ſimpliciter eadem: ergo
ꝛ gñationes. qꝛ de eternis verificabile eſt ante
cedens: ꝛ non ꝯſequẽs. Tertius modus. Unũꝫ
oꝛiginatur ab altero: ergo vnũ re differt ab alte
ro. hanc conſequentiam nego. qꝛ aliqua paſſio ẽ
idem re ꝙ ſubiectum eius: ꝛ tamen oꝛiginatur
a ſubiecto. patet antecedens de paſſionibus: q̄
ſunt aptitudines. niſi diſtinguas inter oꝛigina/
ri ab altero: ꝛ fluere ab altero. Quod ſatis va
num eſt. aut volũtariũ. Quartus modus. Unũ
ſeparatur ab altero: ergo re differunt. Iſte va/
lidus eſt ad diſtinctionẽ realem pꝛimo modo
acceptam concludẽdũ. ſed reſpectu ſecundi mo/
di diſtinctionis realis concludit maioꝛem diſtĩ
ctionem q̄ꝫ ſit realis diſtinctio. ſecundo modo.
qꝛ vltra hoc ꝙ vnũ non ſit alterũ: concludit di
ſtinctionem ſecundum eſſe. qꝛ ſeparata diuerſis
eſſe ſunt. ſed mediũ aptiſſimũ eſt de ſe inuicem
vere negatiue pꝛedicantur: ꝛ vtrumqꝫ illoꝛum
eſt: ergo realiter differunt. ꝛ quia non omnia
exiſtentia dicuntur res. qꝛ aliqua ſunt intentio
certioꝛ minoꝛ eſt: ꝛ vtrumqꝫ illoꝛum eſt res. ꝛ
recoꝛdare de negationibus aut pꝛiuationibus
an de illis concedas ꝙ ſint. nec ne.

¶Caput. 24. de diſtinctione eſſentiali.

i Identitas eſſentialis dupliciter itel
ligitur. vno modo quãdo aliqua vni
eſſentie ſingulari identificantur. ꝛ ſic
inter eſſentialem ꝛ realem identitatem: iuxta
ſcotiſtas non eſt differẽtia niſi in diuinis. quia
perſone diuine realiter dr̃nt: ꝛ ſunt idem eſſen
